In the 5th Edition of Mr Ray's Wisdom of God, in the Creation 8° Lond. 1709 page 245 is the following Paragraph.

Sixthly, & lastly, We shall only mention the Names of some other Vegetables which with eighteen or twenty Thousand more of that Kind, do manifest to Mankind the illustrious Bounty & Providence of the Almighty & Omniscient Creator towards his undeserving Creatures; as the Cotton Trees; the Manyoc or Cassava; the Potatoe; the Jesuits bark Tree; the Poppy; the Rhubarb; the Scammony; the Jalap; the Coloquintida; the China; Sarsa; the Serpentaria Virginiana, or Snake-weed; the Nisi or Gensing; the Numerous Balsam and Gum Trees, many of which are of late much illustrated by the great Industry & Skill of that most discerning Botanist Dr Leonard *Plukenet*. Of what great Use all these and innumerable other Plants are to Mankind in the several Parts of Life, few or none can be ignorant; besides the known Uses in curing Diseases, in feeding & clothing the Poor, in building, in dying, in all Mechanicks there may be as many more not yet discovered, & which may be reserved on Purpose to exercise the Faculties bestowed on Man, to find out what is necessary, convenient, pleasant or profitable to him.

41636/C

Dr Linnæus in his Bibliotheca Botanica before his Hortus Cliffortianus No. 8 has ye following Paragraph. Plukenetius Plantas raras & exoticas plures, quam alius ullus exhibuit, ut eo carere nequeat ullus in exoticis Plantis. Opus incomparabile.

Plukenet was born in 1642 & died 1706

Plukenet Phyt. V. Ph. Trans. 193 pa. 528

& No. 196 p. 618

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30414829_0001

10 D (17) 20495
4 Vol 2 12 6

John Innys
1754
Redland Court
Glouc.

"Dr. Leonard Plukenet, born 1642, a learn'd, critical & laborious Botanist. He wanted that Patronage to which his Merit entitled him, & seems to have felt the want severely. Towards the close of his Life, however, he is said to have obtain'd the Superintendency of the Garden at Hampton-court, & he was honour'd with the Title of Royal Professor of Botany. He probably died soon after the Year 1705. Great part of his Herbarium came into the Hands of Sir Hans Sloane, & is now in the British Museum. He made a Collection of 8000 Plants, which for his Time, was astonishingly large. Though he was in Possession of so great a Number of Plants, yet he

was not systematic enough to make any great Improvements in the Science"

— Uvedale L.L.D. the Friend & fellow-Collegiate of Plukenet, resided at Enfield, where he had a botanic Garden on the old walls of which, the Hieracium murorum is now said to grow. His Herbarium siccum is now preserved in the British Museum. Mr. R. Brown, has named a new Holland Plant, ^Uvedalia^ of the Class & order Didynamia Angiospermia. We have no particulars of his domestic or personal History, only that his Name was popularly pronounced Oodle. Petiver established a Genus, Uvedalia, now sunk in Polymnia. The Genus formed by Brown approaches Mimulus, nay he himself suspects it is scarcely distinct.

Linnaeus named a singular or odd kind of Plant, Plukenetia volubilis, of the Class Monoecia & order adelphia, in ~~honour~~ ^remembrance^ of Plukenet, with a view to express the singularities of ~~his~~ his Ideas.

LEONARDI PLUKENETII, M. D.

OPERA OMNIA BOTANICA,

In SEX TOMOS Diviſa.

41636/C 20493

LEONARDI PLUKENETII, M.D.

OPERA OMNIA BOTANICA,

In SEX TOMOS Diviſa;

VIZ.

I, II, III. PHYTOGRAPHIA,
IV. ALMAGESTUM BOTANICUM,
V. ALMAGESTI BOTANICI MANTISSA,
VI. AMALTHEUM BOTANICUM.

In quibus,

STIRPES

Illuſtriores minus cognitæ, Exoticæ,

Rarioreſque noviſſimè detectæ ad plures CHILIADAS deſcribuntur,

Tum Iconibus TABULIS ÆNEIS CCCCLIV.

Summa Cura depictis figurantur.

LONDINI:

Apud GUIL. & JOAN. INNYS, Regiæ Societatis Typographos, in Areâ Occidentali Divi Pauli, MDCCXX.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY


Collins ſculp.
LEONARDI PLUKENETT. D.M.
EFFIGIES Ætat: ſuæ 48 Año Dom: 1690

LEONARDI PLUKENETIJ.

PHYTOGRAPHIA,

Sive

Stirpium Illuſtriorum, & minus cognitarum

ICONES,

TABULIS ÆNEIS,

Summâ diligentiâ elaboratæ;
Quarum unaquæq; Titulis deſcriptorijs,
ex Notis Suis proprijs, & Characteriſticis
deſumptis, inſignita; ab alijs ejuſdem
Sortis, facile diſcriminatur.

PARS PRIOR.

MEMINISSE IUVABIT.



J. Collins fec:

Εμπειρον. εἶναι συμβουλεύω ἰατρὸν ἐπι διουτε
πάντων φυτῶν. Gal. de Antidot. lib. 1. cap. 15.

LONDINI. MDCXCI.

SUMPTIBUS AUTORIS

[illegible] of
[illegible] of [illegible]
of London [illegible] very valuable
[illegible]
[illegible] Supreme
p. [illegible] 58

[illegible] 11 more
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 240 [illegible] p. 17

-ble Henry Compton D.D.
consecrated Bp of Oxford
.1674 & on the 18th of Dec.
was translated to the See
ndon & departed this Life
lham July 7. 1713. & was
d in ye Church Yard —

- 13.6
10
4.3.0

HONORATISSIMO

et

ÆTERNUM REVERENDO

PRÆSULI ac DOMINO

DOMINO

HENRICO COMPTON

LONDINENSI EPISCOPO. &c. &c. &c.

Omnium Botanophilorum MECÆNATI *summè colendo.*

LEONARDUS PLUKENETIUS

Has suas TABULAS PHYTOGRAPHICAS *in priori Parte comprehensas.*

Quòd

HUJUS FAVORE ut plurimùm Illustrantur, submiſsâ cum observantiâ, in devoti animi teſseram, gratæq; mentis symbolum, VOTIVAS reddit, jure meritoq;


Offert. Dicat. Consecrat.

LECTORI BENEVOLO.


Natura parens sui studiosa, conservatrix, artis & pulchritudinis suæ, sibi conscia perditura fructum sui, si amplum hunc terrarum Orbem solitudini ostenderet, ut desiderium contemplandi fertiliſsimum stirpium apparatum, quem in ipsâ superficie subministrat nobiliſsima hæc quam pedibus calcamus Terra, in nobis excitaret & conservaret, Novitate animos nostros ad se allicit, dum indiès e varijs Asiæ Provincijs, & à Primoribus prorsùs incognitas in apricum producit plantas: Quamplurimi etiàm Europæ loci à Majoribus nostris non ritè examinati, Novas formas, Novasq; species, quotidie nobis suppeditant. Africa quoq; vel his nostris temporibus, monstra sua gignere non desijt: sed Novi aliquid ex Plantarum genere, semper ab extremis parturientis Africæ oris, ad nos adportatur. Nec hic Natura subsistit, sed continuè Novas ex alieno Orbe, in lucem profert plantas. Novæq; virtutes à filijs Artis, in salutem humani generis inveniuntur; Vigilant enim Sæculi nostri Botanici, qui (ut Cl. Raij verbis utar) nec Majorum inventis contenti, ad ulteriora tendunt, nec alios sibi inquisitionum terminos, & columnas figunt, quam quas Natura terris fixit, Universum Orbem curis suis complexi. Illi silicet stimulo mihi fuêre, ut nulli sudori, operæ, ac sumptui parcerem, quin tam indigenas, quàm exoticas stirpes inquirerem, atq; colligerem, quarum investigatio ab ipsâ Adolescentiâ, nobis amœniſsimâ varietate se commendarit; fateor equidèm Botanica in omni ævo, melioris luti Quamplurimis excoli; et in Arte medendi vel antiquiſsima est ratio, per simplices Herbas, morbos abigendi; Hujus enim Cognitionem ad Principes, etiàm & Magnates, pertinere, Salomonis (regum omnium quos Sol unquàm aspexit Sapientiſsimi) Alexandri magni, Mithridatis, Diocletiani, & aliorum docuêre exempla; Imperatores & Reges non pauci Heroesq; Inclyti, Indagationem, & peritiam hujus Naturalis Philosophiæ partis se digniſsimam judicarunt, rati se Herbariæ rei colendo studium, optimè de humano genere mereri, nec minus solidam, veramq; laudem indè, quàm ex Triumphis, ad omnem Posteritatem, nomini suo libare poſse; Hanc tanti fecerunt Ethnici, ut ejus Inventionem, Dijs dignam æstimarint, & licet dubitare videantur, de primo eorum Inventore, consentiunt, tamèn tandèm, Apollinem illâ prærogativâ maximè præeminere, his Poetæ verbis.

Inventum Medicina meum est, Opiferq; per Orbem
Dicor, et Herbarum subjecta potentia Nobis.

et semper fuit adeò incredibilis apud Antiquos existimationis Herbarum Scientia, ut æqualis censebatur gloria, Herbam inveniſse & Vitam juvaſse. Quicquid enim hujus Sæculi sentiunt alij, nobis satis persuasum, Studium hoc Botanicum neceſsariam eſse Physicæ & Medicinæ partem, multis jucunditatis, & Delectationum condimentis gratiosam, & toti generi humano, utilitate quam maximè commendabilem: Visum igitur fuit, ut Nobiliſsimæ Botanices Scientiæ, ulterius inserviam, Plantarum aliquot Icones non alibi expreſsæ, periergâ manu, et emodulatâ ad Plantarum ipsarum dimensiones naturales, proportione quâdam, effigiare, & adumbrare, et earum plures, compendij gratiâ, in unam Tabellam conjeci; Opus non minus varium, quàm ipsa est Natura, ubi Orientis & Occidentis Indiæ Montium, Sylvarum, Vallium, litorum & camporū, Stirpes nativæ, & alumnæ à nullo Claſsico Autore anteà celebratæ, sed prorsus Novæ, & hactenus inauditæ, oculis vestris obversantur; singulis etiàm hujusmodi Novis plantis, nomenclaturam, proprijs & genuinis Symbolis insignitam accommodavimus. ut quæ rem ipsam aptiſsimè notat, & clarior foret omnis earum Cognitio simul & Cognatio, quam insuper diſsimilitudinis collationis & similitudinis ope, inter Congeneres, & simillimas, iteratæ inspectioni, & ex Plantis ipsis expansioni, adaptavimus. Nam hæc omnia ex αὐτοψία didicerimus, non ut Nicander Colophonius, qui ab agro remotiſsimus, rustica aggredi, non veritus: neq; ut Pamphilus, quem Galenus reprehendit, quod eam non conspexerit; nè dum per Somnium viderit, de his tamèn scripserit: Has nobis vidiſse contigit omnes, & etiamnum præ manibus sunt, quas in Herbario nostro vivo, impræsentiarum conspicere licet, aliasq; permultas, & indictas habeo, quas tamèn in præsenti non exhibeo, quià Chartæ penuria, & typorum immodica deterrent impensa; neq; enim potest quis, ullam certam cognitionem sibi arrogare Vegetabilium, quæ nunquàm aspexit. Benevolus interim Lector has Tabulas Phytographicas æquo suscipiet animo, donèc Herbarij vivi Catalogus, Plantarum circitèr Octo millium comprehendens consequatur, nec dubito quin candidi Rei Herbariæ cultores, non solùm admiraturi sint, sed grati recolent, quod tot incognitas (octingenti ferè numerantur) in his Tabulis nostris duas in partes distributis, luci nunc damus, & si quid, vel etiàm Viris eruditioribus, unquàm Novitate suâ, se commendarit; Tabulæ nostræ Phytographicæ, Novi Orbis, Novis (ie) noviſsimè detectis, & hucusq; ineditis stirpibus, sunt refertiſsimæ, quibus amplum Exscriptoribus campum damus, in quo plantas legere poſsunt, easq; generali Plantarum Indici, seu Pinaci inserere, quæ in nostro Orbe jamdudùm innatuerunt; ex quibus omnibus non desperarem, nos Botanophilis perplacuiſse, & plurimas ab ijs gratias promeruiſse, tùm ob ea, quæ jàm præstitimus in hoc opere nunc edito, tùm ob ea, quæ præstituri sumus in Catalogo nostro, brevi edendo, ut hac ratione, votis meis ampliſsimè satisfactum iri arbitrarer. Utaris ergò Lector amice his nostris laboribus, quos [illegible] huic operi impendimus, ac stirpes hasce peregrinas, rariſsimas, & hactenus inauditas, quæ nunc exactis Imaginibus Orbi panduntur, adspicias, [illegible] omnibus inexhaustam Sapientiæ profunditatem, & Majestatem divinam in ipsis Condendis, comperies; His nobiscum ad Dei gloriam, tuamq; ac cæterorum utilitatem, & oblectamentum paratis, fruere pro otio, & incolumis age; Vale.



Tab. I.
f1. Abies Pinum referens folijs ex omni parte prorumpentib. Abies folijs praelong. ...
Hist. an Picea minor C. B. P. Pinus maritima minor ejusd. Cat. H. Ac. Lugd.
2. Absinth. minus odoratu Gangeticum, floribus Chamaemeli solitarijs, e foliorum alis.
3. Absinth. tenuifol. elegans ex Hispania; D.ris Turnefortij.
4. Acacia ō Spinosa Wagæ. Malabar. Similis è Maderaspatan. lit. a fol. ad justā magnitudinem ...
5. Acaciæ similis ō Spinosa ramulis alternis Maderaspatana. an Nili camaram. H. M. pro hujus Synonymo ...
Indicā arborea Zanon. ponitur à Breyn. Prod. i. cum Nellikam ejusd. huic magis convenire videtur.
6. Acaciæ quodammodo accedens, s. Ceratiæ & Acaciæ media Iamaicensis spinosa bigeminatis folijs,
flosculis stamin., atronitente fructu, Siliquis parum intortis. lit. a flosculos. b. Siliqua et fructum ...
Unguis Cati Arbor Americana spinosa siliquosa Par. Batav. Prodr.



Tab. II.

f. 1. *Acacia Maderaspat. spinosa* Intsiæ *accedens, cortice cinereo, ramulis communi pediculo binis. a. folium ad natural. dimensionē exprimit.*

2. *Acacia gloriosa Lentisci fol: spinos. flore spicato luteo, ſiliquâ magnâ muricatâ. Arbor exot. spinos. fol. Lentisci C.B.P. Inimboy Bras. Marcgr. Bonduch* Zanon. *Caretti* H.M. *lit. a. folium ad verā magnitud. cum aculeo sursûm spectante. lit. b. lobum spinis crebriorib; armatū indicat.*


3. *Acacia ō spinosa minor ē* Quaracoa *ſ. Curaſsavica fl. alb. globoso. fortē Tchoaxin* Mexcicens. *Hernand.*

4. *Acer virginianum folio majore subtùs argenteo, suprà viridi splendente. Acer floresc. Virginiana Vulgō. Arborē hanc magnitudine & proceritate eximiam* in Hort. D. Ioh. Tradescanti *Lambethæ ad Austrū jamolī enutritam ſæpè conspeximꝰ; sed eam ibi unquām floruiſse a nemine memoratum audiȷ̂mus.*



Tab. III.

1. Acer Benghalense Laurin. folijs fructu tergemino. totidem membranulis extantib; alato.
2. Adianth. alb. floridu. s. Filicula petræa crispa Ray Hist. Adianth. album crispū Alpinū Schwenckfeld I.B.
3. Adianth. folijs minutim in oblongum ſciſsis, pediculo Viridi. C.B.P. Ad. alb. tenuiſ. Rutæ murariæ accedens I.B.
4. Adianth. album florid. Cicutariæ folio Virginianū nostrum. D. Ray Hist. app.
5. Adiant. radicos. humisparsū. s. Filicula pellucid. nostras Coriandri foliolis mollicellis globuliferum Adiant. petræum perpusillum Anglicū folijs bifid. vel trifid. Newtoni Ray. Hist. forte Filicula saxatilis fol. Coriandri. Mentz. pugil.
6. Adianth. radicos. erectius foliolis imis biſectis, cæteris Vero in-tegris tenuiſsime crenatis. forte Filicula saxatil. Coriandri folijs rotund. leviter serratis Mentzel. pugil Rarior. Pl.



Tab. IV

f. 1. *Adianth. nigrum Chinens. tenuitèr diviſum, pinnulis minimis, obtusis, plerumq; bifidis.* Ray. Hiſt. app. ~~an Filix~~ *ſaxatilis crispa* Park. *lit. a. ramulum ad juſtam magnitudinem denotat.*

2. *Adianth. nigrū ſ. Dryopteris Chinensis lanuginosa* Ray. Hiſt. app. *an Lonchitis Maranthæ, Ceterach ramosum Quorund* Lob. Ic. *ſ. Polypodium Huons. Hiſt.* Lugd. *quæ ſecundùm utrosq; Bauhinos sunt unū & idem.*

3. *Adianth. Chinense perelegans ramos. folio flabelliformi cum rubedine perfuso. Adianthum folijs Coriandri ramosum* Ray. Hiſt. app. *has tres Adianthorum species habuit Cl. Rajus ab egregio Botanico & Pharmacopæo Londinensi* D.^no Iacobo *Petiver qui poſteà ad Icones exsculpendas, nobis libentèr conceſsit.*

4. *Æschynomene mitis ſ. Mimosa* De Tunquin *pinnulis amplioribus Chamæfilici marinæ æmulis. ſub* Ovali *titulo recepimus, foliorum formâ Tsjampangam* H. M. *haud multùm abludit.*



Tab. V.

f. 1. Æsch. mitis Americ. foliatis Acaciæ breviorib; Br. Cent. 1. Mimosa Americ. supina veluti spinulis exasperata, pinnis Acaciæ latiorib; & brevioribus ejusd. Prodr. 2.

2. Æschyn. mitis ſ. Mimosa angustiori ſiliquâ folijs perexignis Maderaspatana Æsch. folijs minimis nostra. Ray. Hist. app.

3. Alcea Indica frutesc. folijs ad marginem exasperatis Brijoniæ albæ divisuris. è Sinu Bengalens. allata est nobis.

4. Alcea ſpinos. Maderaspatana fol. profundè laciniatis, Cannabis in modum penta-phyllæa. ſaporis acidi àn Acetosa Indica Bonti. Huj; meminit Cl. vir & ſedulus exoticar. Pl. explorator D^r. Herman in Cat. H. Ac. Lugd. pag. 27.



Tab.VI.
f.1. *Alcea Cretica flore immaculati candoris peramplo. in Hort. Medic. D. Morgan Londini Suburbano, jam olim exculta fuit.*
2. *Alcea acetosa Indica mitis folijs superioribus Goſsipij in modum tripartito diviſis. Althæa Indica Goſsipij folio Acetoſæ sapore* CHAL.
3. *Altea Indic. Ulmi folio prægrandis, subtùs incana flore amplo purpureo, Althæa magna 5q. capsularis folijs integris subtùs albicantibus, floribus magn.* Banist. Cat. Virgin. apud. Ray Histor. *inferiora enim hujus folia ſunt prorsùs integra, ſuperiora tamen in lacinias ternas leviter inciſa, & aversâ parte albicantia.*
4. *Alcea s. Bamia American. parvo flore, petalis rotundioribus.*
5. *Anchusa lutea minor* C. B. P. I B. Park. *item Symphytum angusti fol. Apulum* ejusd. Park. *Anchus. echioid. lutea. Cerinthes flore, montana.* Col. ecphr.



Tab. VII

f. 1 Alcea Ind. fol. hastato, fl. parvo, purpur. longo petiola insidente, pericarp. compacto, duro in 5 q.q. cellulas, totidem semina includentes dispertito.

2. Althæa frutesc. Ind. Orient. Populi albæ minoris fol. tenuiter dentato molli. an Althæa Americ. frutesc. Populi alb. folijs Par. Bat. Pr.

3. Alsine Caryophylloid. tenui fol. fl. albo punctato. an Als. Caryophylloid. tenuifol. montana Lini flore Ray Hist. fortè etiam Polygonum Caryophylli Holostei flore Cat. H.R. Bles. Betonica. s. Tunicæ minimæ similis Planta I. B.?

4. Alsin. palustr. Ericæ folia Polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. Saxifraga palustr. Anglica Good=yeri Park. item Alsin. nodosa Germanic. ejusd. Park. Alsine nodosa Germanic. alias Arenaria. C.B.P. Arenaria I. B.

5. Alsine formis paludosa tricarpos flosculis albis inapertis. Alsine palustris Portulacæ aquatic. similis. Ray. Hist. Alsin. palustr. minima flosculis albis, fructu Coriandri exiguo Mentz. pugil. Portulaca exigna. s. arvensis Camerarij I. B.

6. Alsin. spuria pusilla repens folijs Saxifragæ aureæ Ray. Cat. Pl. Angl. Hujus notitiam Doctiſs. nostro Raio debem. proindè miratus sum quo casu in Celeberrim. Autoris Histor. Universal. hæc plantula omiſsa fuit.



Tab. VIII.

f. 1. Althæa fruteſc. folio acuto virente molli, flore ſpecioſo. an Althæa fruteſc. folio acuto flore magno Schol. [illegible] Althæa profundè ſerrato. ſ. dentato folio I.B. Althæa flore majore C.B.P. et fortaſſè eadem cum Althæa arborea Olbiæ Provincialis Advers. Lob. & Icon. Malva ſylveſtr. perennis folio profundè laciniato & dentato Moris. Hiſt.

[illegible] Althæa fruteſc. Bryoniæ folio incana flore minore. Althææ ſpecies quibusdam arborea altera, vel Bryoniæ folio I. B. Alth. ſempervirens Bryoniæ fol. Park. Alth. fruteſc. Bryoniæ folio; item Alth. fruteſc. folio acuto parvo flore C.B.P. Malva fruteſc. folio acuto auriculato Hederæ inſtar Moris. Hiſt. Althæa Olbiæ vulgò putata.

[illegible] Althæa fruticans Hiſpanic Aceris Monſpeſſulan. incanis folijs grandiflora ſaponis odore. Alth. fruteſc. folio rotundiore incano C.B.P. Alth. arboreſc. I.B. Alcea fruteſc. folio rotundiore incano Moris. Hiſt. item Malva Hiſpan. folijs mollib; undulatis in margine ſuperiùs micis ſulphureis ad ſolem lucentibus donatis ejusd. Moris. Hiſt. quoàd deſcriptionem; at in Tabul. huic Titulo alterius Icon ſubſtituitur, Althæa Provincialis Penæ Advers. ex ſententia D. Ray Hiſt. 603.



Tab. ix. f. 1. Alsines facie myosotis Bisnagarica frutescens flosculis pallidè flavescentib; cujus folia sunt ad caulem alterno positu, (non per intervalla geminata) incana, hirsuta; flosculi quidèm ut Anagallidis, non tamèn cærulei, alioquin haud admodùm diversi nimis incautè est enim reverâ Convolvuli minimi species Bisnagarica.

2. Althæa Indica latiori folio cordiformi, ad summum sinuato. Malva Indica frutescens folio cordato P.B.P.

3. Althæa rostrata Cormandeliens. Pimpinellæ major. fol. subrotundo.

4. Althæa fruticosa minor Gangetica folijs exignis margine spinosis.

5. Althæa Ind. floscul. parvis folliculatim (fortè fasciculatim) ramulis adfixis. Breyn. Prodr. 1. Malva American Carpini folio, florib; aureis fasciculatis parvis P. B. P. è Maderaspatan nobis allata est.

6. Althæa Virginian. bidens Pimpinellæ maj. acutiore folio, flosculis minimis luteis. fortè Alcea Mori folio Virginian. min. Sch. Bot.





I. Collins. de: & f:.

Tab. X.

f. 1. *Amaranth; albus Gangeticus Salviæ angustis folijs paniculâ conglomeratâ. an Amarant. Alopecuroid. Indicus frutesc. lanuginos; folijs Salviæ angustiorib; & longiorib;* Br. Prod. 2? *Salvia Amaranthoides Mich. Nutij Fascic. Herbar.*

2. *Amarant. Ind. min. lanuginos. Sampsuchi folijs, spicâ albâ ad foliorum exortum gemellâ. an Amarant. Alopec. Ind. frutesc. lanuginos; folijs Salviæ latiorib; & breviorib;* Br. Prod. 2?

3. *Amarant. verticillat; min. Bengalens. Serpyll. folijs incanis.*

4. *Amarant. spicat; Dictamni Creticæ folio Maderaspatenſis.*

5. *Ambrosia maxima inodora Marrubij aquatic. folijs tenuitèr laciniatis Virginiana.*

6. *Ambrosia (forsàn) è Chinâ Anguriæ folijs accedens. à D.no Petiver recepi.*



1. *Ammi majus exoticum folijs per ambitum eleganter inciſis. an Ammi alterum ſemine Apij* C.B.P. *Ammi odore Origani* I B. *noſtra folia à Dauco Cretico* Zanon. *haud multum abludunt.*

2. *Amomum Virgin. Evonymo Virgin. ſimile, florib;* & *fructu ſparsim erumpentib; Amomum Virginianum Cornifœminæ facie* Ray Hiſt.

3. *Amygdalus Indica nana.* Cat. H.R. Paris. *Amygdalus pumila* Cat. H.R. Bles.

4. *Amygdalo-perſica nana flore carneo pleno Africana. Perſica Malus Africana nana flore incarnato pleno* Cat. H. Ac. Lugd. *hujus ramulum a. floribus onuſtum denotat. munere Nobiliſsimi Domini Henrici Baronis de Colrane hanc primum accepimus.*



Tab. XII.

f. 1. *Angolam forte* H. M. *Arbor Indica baccifera fructu umbilicato, rotundo, Cerasi magnitudine, dicocco.* Ray Hiſt. *ē sinu Gangetico nobis advenit.*

2. *Anisum Africanum fruticeſcens folio, & caule, rore cæruleo tinctis. Ferula fruticosa sempervirens folijs Anisi Galbainfera, ex quâ Galbanum Officinarum* P. B. P.

3. *Anthyllis s. Alsine maritima lignosior Anthylloides, folijs tomentosis Bisnagarica.*

4. *Antirrhinum purpureum multicaule, folijs tenuiſsimis, sursūm inflexis, florib; sparſis, calyce spinulis asperato.*



Tab. XIII

f. 1. *Apocynum Canadense maximum flore minimo herbaceo* Cat. H.R.B.les. *itèm Apocyn. Virgin. flore herbacco, siliquâ longiſſimâ, & tenuiſsimâ* Moriſon. Præluđ. Botan.

2. *Arbor Aristolochiæ folijs Maderaspatana fructu parvo, Medicæ adinstàr involuto. an Gummi Elemi fundens Arbor Orientalis?*

3. *Arbor baccifera Orientalis, folio rhomboide, fructu calyculato. Caſsia Cinamomea s. Canella de mato.* Linschot. part. 4. Ind. Orient.

4. *Arbor è Cormandèl vasculifera folijs amplis Mijrsinites rigidiorib; nostra* Ray. Hist.



Tab. XIV.

f. 1. Arbuscula Bengalensis, Aceris minore folio incano alternatim posito.

2. Arbuscula è Maderaspatán folijs Aceris alternâ vice lucidè virentibus.

3. Arbuscula Zeylanica Aceris folio baccifera, folijs è directo, magis angulosis.

4. Arbuscula Bisnagarica Aceris folio parvo aculeata, folijs è regione binis

5. Arbor aromatica è Corimandèl Laurinis folijs binis ternisve. nostra D. Ray Hist.

6. Arbor Prunifera. sphærulas saponarias ferens tetraphylla, ex Ind. Orient. an Saponaria Arbor Zeylanic-trifolia semine Lupini: Conghas Zeylanensib; P. B P.

7. Aster Americanus frutescens Satureiæ folijs scabris floribus amplis, saturatè Violaceis.



Tab. XV.

f. 1. *Artemisia Chinensis cujus mollugo Moxa dicitur, fortè Ytzecuinpatli Mexic.* Hernand. *an Artemisia Virginiana* Park?

2. *Aristolochia Violæ fruticos. folijs virginiana, cujus radix Serpentaria dicitur.*

3. *Asarum è Terrâ Mariana Violæ luteæ vel Asarinæ folijs, Serpentaria nigra Nostratib; dicta.*

4. *Asparagus aculeatus minor sarmentosus è Maderaspatan.*

5. *Asparagus (fortè) aculeatus major spinas plurimas ab eodem exortu pro folijs ferens. an Asparag; aculeatus Siculus Raij Hist.? an Spina umbellâ folijs viduâ C B P.? Drypis Theophrasti Anguillaræ I B?*

6. *Aster exoticus* Hyoseridis *folio minore noster D. Ray Hist.* app.

7. *Aster African; Stœchadis inodoræ folijs incanis flore albicante. Aster Afric. Stœchad. folio noster* Ray H. app.

8. *Aster Bengalensis omnium minimus, summo caule biflorus.*



Tab. XVI.
f. 1. *Aster luteus latifol. glaber foliis rigidis, & minutiſsimè crenatis. an Aster luteus folio glabro & crenato C.B.P.*[2] *ubi Synonyma huic Plantæ à Casp. Bauhin. malè sunt appropriata.*


2. *Aster peregrinus Cisti folio non crenato, flore magno luteo. an Aster odoratus flore luteo stellato exoticus* Cat. Pat. à Turre: *fortè. Aster Conyzoides luteus perennis* Icon Roberti.

3. *Aster luteus fœtidus Crithmi Chrysanthemi. folio, florib; umbellatis. Iacobæa Crithm. litorei folijs* Catal. H. R. Bl. *Iacobæa fœtida Crithmi Chrysanth. facie Brunÿeri.* Cat. H. Ionq. *Iacob. Rosmar. fol. Quorund.*

4. *Atriplex maritima Mauritanica frutescens, Polygoni folijs argenteis racemosa. Atrip. marit. Mauritan. fol. Polÿgon. argent. semine amplo fusco vasculis rotundiorib; nostra* D. Raÿ Hist. append.



Tab. XVII.
f. 1. *Bellis montana incana & crenata, folijs & crenis obtusis. an Bellis montana folio obtuso crenato. C B Pin ? in Prodr.? Bellis sylvestris folio craſſo & villoso. Sch. Bot.? ubi ponitur pro nondùm descripto.*
2. *Bellis Americana procerior serotina ramosa flore ampliſſimo Cat. H. Ac. Lugd. an Bellis radice repente, folijs latiorib; serratis. Cat. H. R. Bles. fortè Tlally-yetl. Nov. Hispan. Hernand.? Bellis Indica maxima C. H. Ac. Pat. Turre.*
3. *Bellis montana folijs Coronopi lacinijs s. denticulis rarioribus & magis extantib; an Bellis Alpina folijs profundè diſsectis Sch. Bot.? Bellis leucanthemia (s. Anthemis) fruteſcens folijs profundè laciniatis Breyn. Prodr. 2. Bellis montana folijs Chrysanthemi D.ris Magnol ejusd Breyn. ibid. Bellis chrysanthemi segetu folio D.ris Hans Sloan. Ray Hist.*
4. *Bellis pumila crenata Agerati æmula, crenis bicornibus asperiusculis. Bellis maritima folijs Agerati C B P & in Pr.*
5. *Bellis montana Tanaceti folijs caule singulari annua. Chamæmelo affine Buphthalmum Italicum segetum altiſſimum I B.*
6. *Bellis Alpina Parthenij folijs elatior.*



Tab. XVIII.

f.1 *Biti Malabaricæ accedens Arbuscula Maderaspatana flore peculiari.*

2 *Blitum Africanū Calthæ. palustris folio caule nudo cubitali spicam peda=lem & amplius sustinente. Petasites Africanus Calthæ palustris folio* Cat. H Ac. Lugd. *Petasitidis folio Bliti fructu D.* Ray Hist append.

3 *Bugula cærulea Alpina Park. Consolida media cærulea Alpina* C B P. & I B. *item Consolida media Genevensis ejusd* I B. Histor. Universal.

TAB.XIX.




Fig. 1.

Tab XIX

f. 1. Carduus Andelusiacus spinoſiſsim; echino grandi aculeis rigidis armato noster D. Ray. Hist. append. *é Regno Andelusiæ, (ubi & ipse collegit) hanc elegantiſsimam Cardui speciem mittebat ad nos Ornatissimus Vir & nobis amiciſsim;* D. Ioh. Fishwick.



Tab. XX.

f. 1 *Christophoriana arbor aculeata Virginiensis. Angelica arborescens spinosa s. Arbor Indica Fraxini folijs cortice spinoso* Ray Hist. *Arbor spinosa Fraxini folijs Virginiana.* D. Edward. Morgān. *Angelica arbor vulgō. lit. a. folium hujus, naturali magnitudine dimidio minus. b. seminum Umbellas indicant.*



Tab.XXI.

f.1. Chrysanthemum Americanũ Doronici fol. & Persici coloris, umbone magno prominente, ex atro-purpureo, viridi, & au-
reo, fulgente, an Bellis Canadensis purpurea Ciafsi Fasc. Herbar. Mich. Nuov. p. 22

2. Chrysanthem. Canadens latifol. humilius, Moris. Præludi. Bot. Chrysanth. Canadens. humilius. Boccon de Pl. Sicul. Aster Virgi-
neus luteus alter minor. Park.

3. Chrysanth. African. Asteris facie, uno flore non folioso, capitulis duris.

4. Chrysanth. Bengalense augusti-foliũ pusillum. summo caule ramosum.

5. Chrysanth. segetum nostras folio glauco multisciſso maj; fl. minore.

6. Chrysanth. tenuifol. flore luteo subtus purpurascente. Buphthalmu. tenuifolium folio Millefolij fere I.B. Bup-
hth. caule & folio purpurascente C.B.P. Buphth. flore purpurasc. Park.

7. Chrysanth. Smyrnæum Cotulæ folio, flore amplo nudo seminib; hispidis, ad capitula in orbium spiras circumdatis.
an Chrysanth. Valentinum, Clus (i.e) Buphthalmum lanuginosum folijs Millefolij C.B.P. Elegans hæc planta cujus foli-
ia aliquandò lanugine obducta invenimus ex semine in Cabis s. Corbulis quibus Ficus & Uvæ passæ è Smyrnâ ad nos transpor-
tantur, disperso & indè collecto, enata; Angliæ primò & nostræ demum notitiæ acceſsit.



Tab XXII

F. 1. Chryſanth. Scrophulariæ folijs Americanum.

2. Chryſanth. Cannabinum Virginian. hirſutum, diſco nigro, petalis aureis radiato. Chryſanth. ſ. Flos ſolis laciniatus annuus umbone nigricante D. Bobart. an Eupatorium Cannabinum Americanum flore aureo Cat. Hort. Reg. Bles. lit. a.a. ſummum ramulum ſuis floribus ornatum denotant.

3. Chryſanthemum Peruvianum flore albo Cat. Hort. Lips. olim. edit.

4. Chryſanth. Chinenſe folijs plurifariam diviſis. Halicacabi peregrini æmulis; Chryſ. fol. multifidis Cicutæ nonnihil ſimilibus Virginianum Cat. H. Ac. Lugd. Chryſ. Cannabinum American. frutesc. Virginianum Sambuci laciniatæ folijs & facie Breyn. Prodr. 2. è Chinâ ad D. Petiver allata est hæc elegans planta, & ab illo nobis amiciſſimè communicata.



Tab XXIII

f. 1. *Campanula Cymbalariæ folio Park. Camp. Cymbalar. fol. vel folio hederaceo C.B.P. Campanul. folio hederac; species* Cantabrica Anguillaræ. I.B.

2. *Cicer Astragaloides (fortè) virginianum, hirsutie pubeſcens florib. amplis, subrubentibus. an Cicer montan. lanuginos. erectum* C.B.P. D. Banister Cat. Stirp. Virgin.


3. *Cistus American. Chamænerij folijs lucentib;* ex Hort. D. Morgan. *an Tzatzoqua Mexicens.* Hernand.

4. *Cistus Chamærhododendros folijs confertis, ferreà rubigine nitentib; margine pilosis.*

5. *Cistus Helianthemos argenteus folio latiore, flore saturatè luteo. Helianthem. Alpin. folio Piloſellæ minoris Fuchsij IB. ex sententia D. Raij et fortè Cistus helianth. folio Polij. montan.* ejusd. *item Cistus pusillus folio candido, flore luteo,* ejusd. *IB. ex mente* ipsius Ray. Hist.

6. *Cistus humilis Alpinus durior, Polij nostratis folio candicante. Chamæcistus montan; Polij folio noster* D. Ray. Synops. Stirp. Brit. *an Chamæcist, folijs Myrti Tarentin. canis & cinereis IB.*

7. *Cisti Helianthemi folijs, planta Maderaspatana, floribus ex alis. an Vitis Idæa Cisti helianthemi folijs Maderaspatana.*



Tab. XXIV.

f 1. *Clinopodium birginianum angustifoliū. fl. amplis luteis, punctis purpureis. Clinopod. Virgin. angustif. flore luteo* Cat. Hort. Ac. Lugd. *Origanum floribus amplis luteis purpuro-maculatis, cujus caulis sub quovis verticillo decem vel duodecem. foliolis rubentibus est circumcinctus.* D. Banist. Cat. Stirp. Virgin.

2. *Conferva reticulata crispa.* D. Doodij Ray Hist. app.

3. *Convolvulus angustiſsimo folio nostras cum auriculis. an Convolo. arvensis minim;* D. Dent Ray. Synops. stirp. Brit.

4. *Convolvulus maritim. s. Soldanella* è Maderaspatan; *folio in summitate sinuato. an Convolv. marit. Zeylanic; folio crasso cordiformi* Cat. H. Ac. Lugd. *Bintamburù Zeylan.*

5. *Convol. maritim; majore folio Chinensis. an Sarsa litoralis. s. Convol. maxim; Braſilies.* Pison:

6. *Convolvuli instar Volubilis è* Coromandel *umbilicatis folijs craſsis acuminatis, villosa. an Pada-Valli, s.* Pada Kelengi *sive Muschega-Pada* H M. P. 7? *forte ad Brijoniæ genus, potiori jure releganda.*




Tab. XXV.

f. 1. *Convolvulus American; sub Ialapiæ nomine receptus. an Convolvul; Colubrinus Piſon? Conpèba s. Convolvul. Braſilian; flore octapetalo monococcos* Ray. Histor?

2. *Convolvul; s. Volubilis Americ. Bryoniæ nigræ nervoſis fol. vasculis ſeminiferis, triquetris. Helxine fruticeſcens Bryoniæ nigræ folijs, capsulis triquetris amplis, pergamenis.* D. Banist. Cat. stirp. Virgin. *an Capreolata Bryoniæ nigræ folio Braſiliens. tricocca* Marcgrav.

3. *Convolvulo similis Bryoniæ albæ folijs villosis, ex India Orientali. an Nehoemeka* H. M. P 8. *Tab* 19? *Hæc autem pro synonymo Bryoniæ Zeylan. folijs profunde laciniatis* Cat. H. Ac. Lugd. à Cl. Comelino *ponitur.* Annot. in loc.

4. *Convolvulo similis villosa, folijs craſsis, subrotundis, è Maderaspatan.*



Tab. XXVI

f. 1. *Corallina latifolia & Opuntia marina* Cortus. *Fucus folio rotundo* C.B.P. *Sertolaria* Imperati, *Scutellaria s. Opuntia marina* I.B.

2 *Corallina fistulosa fragilis, internodijs prælongis, lævibus, albis, Farciminum modo catenatis, Corallina fistulosa fragilis* I.B.

3. *Cornus virginiana flosculis plurimis albidis ex involucro tetrapetalo rubro erumpentibus*, D. Banist. Cat. Stirp. Virg. apud D. Ray. Hist


4. *Cucumis Bryonoides Bisnagarica fructu parvo, florum calyce muricato.* an *Mucca Peri*. H.M.P. 8.

5. *Cuscuta ramis Arborum innascens* Caroliniana *filamentis lanugine tectis*, Musæi Courteniani.

6. *Cuscuta lendiginosa tenuiſsimis cirrhis* è Terrâ Marianâ. *Cuscuta Americana super arbores se diffundens*, Ray Hist. app.

7. *Cytisus Americanus flore luteo spicato; folijs suprà virentibus, glabris, subtùs lanugine argentatis.*

TAB. XXVII.



Tab. XXVII.

f. 1. Elichryſo affinis Peruviana fruteſc. Cat. H. Ac. Lugd. app. Agerato affinis Peruana frutescens Parad. Bat. Prod. Quinquina. s. Arbor amara & Febrifuga quibusd. falsō & faſtuoſe nuncupata.

2. Elichryſo affinis virginiana frutescens folijs Chenopodij glaucis. Senecio frutescens virginiana Atriplicis folio Raij Hist. & app.

3. Ephemerū Bengalense serpens folio subrotundo brevi phalangoides. an Ephemerum Africanū annuum flore dipetalo Cat. H. Ac. Lugd. Dipetalos virginiana folijs Gentianæ, aut Plantaginis Marcgr. Raij Hist.? fortē etiam Gentianella Indica. Bontij. p. 154.


4. Ephemerū Phalangoides Maderaspatens. minimum folijs perangustis perfoliatum, fortē Acaxaxān. s. Potamogeiton Mexiocan. z. Her=nand. Planta palustris & lenta, quæ statim comprimentib; cedat digitis, hūc etiam pertinet Tali-pullu. H. M. P. 9. T. 63. p. 123.

5. Euphrasia lutea latifolia palustris. Raij Hist. an Cristæ Galli affinis planta Romana, s. Crista Galli major Italica I. B. quærit & ipse Eruditiſſ. Rajus ubi supra.



Tab. XXVIII

f. 1. Euphrasia. s. Cratæogonum folijs brevibus obtusis Vestmorlandicum Ray Hist.
2. Euphrasia pratensis minor purpurea Park. *Euphr. purp. min.* C.B. Prodr. *Euphr. 3.a non scripta* Fab. Col. ecphr.
3. Ericæ facie Polygonoides summitas cum floribus.
4 Ericæ facie Polygonoides Africana pentapetalos, viticulis increberrima capillamenta squammulis conflata diffusis, Limonium ferulaceo folio, Grisley Virid. Lusit. *ut humaniſsime nos monuit D. Gulielm; Sherard. Collegij S.ti Johannis in Academ. Oxoniens. socius, & Phytognostes peritiſsimus, cujus munere summitatem accepi, ramulum autem à D. Iohanne Fishwick. ad maritimas Africæ oras à seipso collectum & ad nos transmissum, obtinui.*
5 Evonymus virginian; rotundifol. capsulis coccineis eleganter bullatis Banist. Cat. Stirp. Virg. *lit. a. a. semina ad natural. magnitud. demonstrant.*
6. Evonym. Jujubinis folijs Caroliniensis, fructu parvo ferè umbellato. b. b. semina ad æqualem dimensionem significant. à foliorum similitudine cum Rhamno Cathartico (ni fallor) hæc planta, Spina Cervina Barbadensibus nostratibus nominatur.



Tab. xxix.

f. 1. *Ficoides. s. Melocactos mamillaris glabra, sulcis carens, fructum suum undiq; fundens. àn Echino-melocactos minor lactescens absq; tomento, cylindris laxiorib;* Parad. Bat. Prodr.

2. *Ficoid. s. Melocactos minim. lanuginos; spinis mitioribus fructu sparsim egrediente. àn Echino-melocactos tuberosus, s. globularis min.* Cat. H. R. P.

3. *Ficoid. Americanū. s. Cereus erectus cristatus folijs triangularib; profundè canaliculatis. Cereus spinis crebrioribus horridus* Ray. Hist. *Jamacarū prima* Pison. Hist. Lusitan. *Cardòn. àn Planta pinnata arundinacea* Park. Theatr.


4. *Equisetum s. Hippuris lacustris, folijs mansu arenosis Gesnero* Ray. Hist. *Hippuris coralloides Ger. emac.*

5. *Frutex Cormandeliensis baccifer Mali. Granatæ folijs amplioribus. noster* Ray. Hist. 1801.

6. *Frutex Gangetic; Alaterni folio spinosus. Frutex aculeatus Orientalis Ilicis folio noster* Ray. Hist.

7. *Frutex Bisnagaricus spinosus, Coryli folijs densis, spinis brevioribus craſsis.*

TAB. XXX.



Tab. xxx. 1. Filix. ampliſsima lobis foliorum lacinialis Cambrica. Polypodium Cambrobritannicum pinnulis, ad margines lacinialis Raÿ. Hist.

2. Filicis. ē Chinâ genus molle, auriculâ ad pinnulæ basim supernē productâ, summo folio longiūs mucronato.

3. Filix. s Polypodium Indianum folijs profundē sinuosis Marrubij aquatic. æmulis. an Filix Indica Osmundæ facie Bod. ā Stāpel. in Theophrastū Sim. - Paul. Quadripart. Botan. 302.

4. Filicifolia, Lonchitis aspera maxima Indorum.



Tab xxxi

f. 1. *Frutex baccifer. è. Cormandel Rorismar. obtusis & veluti punctat. fol. plurimis, ex uno tuberculo provenientib, vid.* Raÿ Hist. p. 1801. *an bilis = Idææ spec. Indicæ Orientalis.*

2. *Frutex baccifer folijs Lini, vel Caſsiæ Poeticæ Maderaspatensis. noster.* Raÿ Hist.

3. *Genista tinctoria Maderasp. Rorismar. folijs ad caulem radiatis. an Legumen cujus siliquula à.* D. Terentio *ex Indiâ missa, & = titulo herbæ Anil inscripta fuit.* CBP. *Glasto affinis ejusd.* CBP. *Anil. s. Nil, Indorum color.* IB. *Anil herba folijs Mungiriqua similis* Garziæ. *Anil. s. Indigo, Gali, s. Nil, Herba Rorismarini facie,* Linschot. part. 4. Ind. Orient. *Genistæ Iluensi* Lugd (*h. e.*) *Genist. radiatæ, vel stellari* IB. (*i. e.*) *sparto triphyllo* CBP. *baldè similis, si non eadem. Huic etiam proxima est Cytisus, = acuminatis folijs,* CBP. *quoàd* D. Turnefortui *monente* D. Sherard (*i. e. nostrâ sententia*) *Cytisus Indicus flore luteo hirsulus Cat. Patav. à Turre. Cytisus folijs argenteis flore luteo vulgò. Nostræ caulis angularis est, proindè eam ad Genistarum genera magis propriè disponendā. arbi = tramur; Quam ut audio præparant prô cærulei coloris tincturâ in Regno* Bisnagar, *alijsq; in locis Indicæ Orientalis.*

4. *Geraniū pusillū supin. marit. Alth. aut Betonic folio nostras* Raij Hist. *Geran. minim.* procumbens *folijs Betonic.* Moris. Hist. 2.

5. *Gnaphal. Lusitan. comis argenteis. an Chrysocome Syriaca candidiſs. florib; Breijn. Pr. i. fortè etiam Gnaph. maj; angust. oblongo folio al = terum* CBP. *Filago Germanic. altera secundùm folia florida,* Lob. Icon.

6. *Gnaph. maj. lato oblongo fol.* CBP. *Gn. 2m Plateau.* Clus. Hist. *Gnaph. ad stæchadem. citrin. accedens* IB. *Elichryson silvestre latifol. capitulis cong: lobatis* CB. Phyt.

7. *Gnaph. impium. s. Filago dicta Cap. Bon. spei. Gnaphalio Plateau 3°. simile genus, sed diversum.*



Tab. xxxii.

f. 1. *Gramen Arundinaceum Halepense, Tragopogonis fol. paniculâ miliaceâ, huj; exemplar eximij Botanici D. Iac. Bobart Hort. Academiæ Oxon. Præfect. communicatione in Herbario noſtro vivo servatur.*

2. *Gram. paniculat. Gallo-provinciale Aquilegiæ semine, Schol. Botan. a D. Gulielmo Sherard accipiebam.*

3. *Gr. junceum aquat. paniculis cum fol. capillarib; simul e tis proliferum. an Gr. junc. capsulis triangul. cauliculi tenuib; folijs ad nodos, & paniculorum divaricationes prælongis, Ray Hist.*

4. *Gr. Alopecuroid, spicâ max. Ind. Orient. Gr. Alopecuroid Indic. max. Ray Hist. est panici genus.*

5. *Gr. parvum repens. δυσαχυόφορον. Iamaicense spicâ longiori compreſſâ.*

6. *Gr. Μυλοικόφορον ὀξύφυλλον. Carolinianum, s. Gr. altiſsi panic. maximâ speciosâ, e spicis majorib; compreſsiuſculis utrinq; pinnatis Blattam molendinariam, quodammodò referentibus, compositâ; folijs convolutis, mucrone, pungentib; an Gr. marit. max. Curaſsavic. paniculis divisis P.B.P. hujus ad exsculpend. nobile specimen nobis dedit Insignis & in omni Naturali scientiâ vir, magnâ judicij soliditate, si quis alius præcellens D. Gulielm; Courtene, olim condiscipulus, & semper mei amiciſsimus.*

7. *Gr. exile duriusculū marit. foliolis circumvolutis veluti junceis brevibus. Gr. pumilum Loliaceo simile, Ray Synop. Stirp. Brit.*

TAB. XXXIII.



Tab. XXXIII.

1. *Gramen spica Brizæ minus*, C B P. I B. Park.
2. *Gr. hordeaceum à maritimis pumilum. Gr. secalinum palustre, & maritim.* Ray Hist. *an Gr. Hordeo disticho simile* C B P.
3. *Gr. caninum marit. spicatum* C B P. *Gr. can. mar. spicat. Monspeliens.* Park. *Gr. can. marit. spicat. Casparo Bauhino* I B.
4. *Gr. marit. spica loliaceâ fol. pungentib; nostras. an Gr. sparteum spicat. fol. mucronatis, vel spica Secalinâ* C B P. *Spartum spicatum pungens Oceanicum* I B.
5. *Gr. Phalaroid. spica brevi reclinatâ ex utriculis prodeunte, an Gr. Phalaroid Lusitanic.* Ray Hist.
6. *Gramen Alopecuro; accedens ex culmi geniculis, spicas cum petiolis longiusculis promens. Gr. serotinum arvense spicâ laxâ pyramidali*, Ray Hist.
7. *Gr. mont. hirsut. folijs. spicâ leucophæâ diruptâ. Gr. pumilum hirsut. spicâ purpuro-argenteâ molli nostras* Ray Hist. *His duab; novissimè memoratis Graminum specieb; multis aliis nos ditavit ex propriâ collectione amicissimus vir D. Samuel Doody. Pharmaceutices & Rei Herbariæ callentissimus.*
8. *Gr. typhinum marit. minus* Ray Hist. *an Gr. typhin. Danicum minus* Park. *quærit & ipse Clariss. Rajus.*
9. *Gr. parvum præcox spicâ laxâ canescente* Ray Cat. Pl. Angl.
10. *Gr. paniculat. bromoid. minus, paniculis aristat. unam partem, spectantib;* Ray Hist.

TAB. XXXIV.



Tab. xxxiv.

f. 1. Gr. arundinaceum parvum procumb. paniculis non aristatis Ray Hist. Pl. univers.

2. Gr. capillaceum locustellis pennatis non aristatis. Ray Hist. Gr. junceum Dalechamp. pij. Hist. Lugd. Gr. foliolis junceis brevioribus radice nigra a & alba C.B. pin. & pro.

3. Gr. cyperoid. angustif. spicis parvis sessilib. in foliorum alis Ray Hist.

4. Gr. cyp. elegans spicâ compositâ. Ray Cat. Pl. Ang. ubi ad spicam (dicit) nullum apponitur folium, & in Hist. (spicâ compositâ asperiore) legitur. nostri tamen spica mollis est, & foliolum ei subjectum habet

5. Gr. cyp. polystachion flavicans spicis brevib. prope summitatem caulis. Ray Hist.

6. Gr. cyp. polystachion lanuginosum Ray Hist. an Gr. cyperoid. Norvegicum parvum lanosum. Park.

7. Gramini cyperoidi ex monte Ballon simile, spicâ total. e plurimis spicis composita Ray Hist. an Gr. cyp. elegans multiflorâ spicâ Park

8. Gramen cyper. ex monte Ballon simile humilius, in maritimis & arenosis nascens, Ray Hist.

9. Gr. cyperoides spicâ simplici compressâ distichâ D. Plukenet. Ray Synop. Stirp. Brit. & Hist.

10. Gr. cyp. minimum seminib. deorsum reflexis, pulicisformibus Ray Hist.

11. Gramini Luzulæ accedens glabrum in palustribus proveniens paniculatum, an Gr. cyp. palustre [illegible] Ray Hist.



Tab. XXXV.

1. Gr. junceum clavatum minim. s. Holosteum paluſtre repens, folijs, capitulis, & ſeminib; Pſyllij Raij. Synops. Stirp. Brit. & Hist. à Reverendo viro D. Matthæo Dodsworth, Evangelij prædicatore vigilantiſsimo, & Botanicorum numero nequaquàm postremo. nobis primùm ostenditur.
2. Gram. junceum. s. Holosteum minimum paluſtre capitulis quatuor longiſsim. staminib; donatis Raij. Syn. Stirp. Br. & Hist.
3. Guaiacum Jamaicense Lentisci subrotundis folijs lætè virentib; flore albo. Guaicũ Officinar. Parad. Bat. Prod. Guaiac. folijs Lentisci = C B P. Guaiaci ramulus Clus. ad Monardem. Guaiac. Terentij apud Hernandez.
4. Guaicũ Jamaic. folijs veluti muriâ conditis, ſpiſsiūs virentib; flore subcæruleo. an Guaiacum folijs Ceratoniæ, Aceris. s. Burſæ pastoris fructu, flore cæruleo Breyn. Prodr. 2.
5. Gratiolæ affinis è Coromandel folijs ſuperiorib; Rubiæ quadrifoliæ crenatis, imis Coriandri modo tenuiſsimè divisis.

TAB. XXXVI.



Tab. XXXVI.

1. *Halimus humilis erecta seminefolliculis membranaceis bivalvib. in latitudinem porrectis & utrinq. recurvis, longo pedunculo insidentib. clauso. Hal. angustif. semin. ib. singularib. vasculis Bursæ pastoricæ æmulis bicornib. inclusis.* Ray Hist. app. *an Halim. min. Germanic.* Park. *Halim. min.* CB. pin. *et Halim. aureani ejusd. prodr. hanc etiam in maritimis Belgicis nuperrime invenit Spectatissim. vir. et Rei Herbariæ amantissimus, D. Carol. du Bois cuj. ramuli summitas salis infeliciter exsculpta apud Joh. Bauhin. ad Portulacæ marinæ fruticosæ Iconem appingi videtur. itemq. apud Bodæum à Stapel. Annot. in Theophr. pag. 509.*
2. *Hedera monophylla Convolvuli folijs virginiana. Clematis hederacea virginiensis umbilicato folio flore papposo* Cat. HRP. *Hedera virginian. Clematis facie, radice flavescente.* Cat. HAL. *si huj. flores pappis coronantur ad Clematitis genus amandari debet multoties hanc plantam nos florentem vidim. at nusquam nobis Pappus occurrit.*
3. *Heliotrop. monosperm. Indic. procumbens, glaucophyllon florib. albis. an Totecy-Xochiuh Mexic. Hernand. ? Heliotrop. Americ. minus glabrum folio angusto glauco.* Br. Pr. 2.
4. *Hemionitis American. speciosa folio Securis Romanæ figuram æmulante. Hemionitis parva Antegoana folio Platani ferè in modum diviso* Ray Hist app. *ab honestissimo viro D. G. Horsnel ex Antego Insula in Patriam reduce nos accepimus.*
5. *Hemionit. Ind. Orient. Phagi s. Esculi folio aliquatenus accedens. an Hemionitis multifida Zeylan. Costâ sagittatâ s. Filix folijs integris Zeylanica pediculo alato.* Breyn Prod. 2.
6. *Hemionitis pumila folijs integris, trifidis, et quinq.fidis varia Cambrobritannica. Hemionit. pumila trifolia vel quinq. folia maritima.* D. Lloyd. Ray Synop. Stirp. Brit.
7. *Hemionitidi affinis Americana epiphyllanthos, folio simpliciter pinnato, Hippoglossi æmulo, radice reptatrice lignosâ, ad foliorum crenas florida.*



1. *Hesperis prodigioſa hortenſis Molluginis ad imaginem degenerans.*

2. *Hieracium folijs & floribus Dentis Leonis bulboſi ſemine curvo.* Moris. Prælud. *Dens Leon. folijs radialis* Bot. Monsp. *Dens Leon. minor folijs radiatis.* CB. prodr. & pin. *cui & Trinciatella Italorum* Camerar. Hort. Med.

3. *Hieracium s. Piloſellæ majoris ſpecies folijs variùs dentatis flore ſingulari noſtras.*

3. *Smilax Caroliniana, Stipite quadrato, leni, folijs angustis. asperis, auriculis ad basim angulosis, ab illustri viro D. Gulielm. Courtène accepimus.*
4. *Solanum Americanum, Strychnodendro accedens, fructu medio (antè maturitatem) quasi fiſſo. an Solan. frutesc. Braſilian. folio Capsici, baccis rubris P. B. P.*
5. *Solan. Curaſsavic. vesicarium, Solano Antiquorum simile, folijs Origani subincanis P. B. P. fortè Solan. vesicarium Surinamense lanuginosum polycarpon Br. Prod. 2.*
6. *Solanum triphyllum flore tripetalo. atro-purpureo, in foliorum sinu, absq; pediculo Seſſili. Banist. Catal. Stirp. Virgin. Hujus autem florem nobis bilutus sex foliolis, sive. petalis constare, quorum tria subjecta tota viridia sunt, v brevia. tria verò superiora, longiora, atro-purpuraſcunt, quem: ad-modum in Solano triphyllo Canadensi Cornuto. Cui hæc est quam proximè cognata.*



Tab. CXII.

1. Senecio American. altiſſim. Blattariæ vel Hieracij folio Sch. Bolan. Senecio Americ. maxim. Dipſaci s. Virgæ Paſtoris folio P. B. P. an Senecio Cichorii folio Virginiano, flore ſulphureo odore Paſtinacæ Cat. Mſs. H. Oxon.

2. Solan. Barbadenſe racemoſum minus tinctorium Circææ folijs mollib. & incanis. forte Heliotropium Curaſſavicum Scammonij folijs mollib. ſubhirſutis P. B. P. Heliotropium Americanum majus folijs Populi nigræ lanuginoſis flore albo minimo. Breyn. Prodr. 2. Oxonium invenit D. Sherard & nobis munere donavit.

3. Spongia flaviatilis anfractuoſa perfragilis ramoſiſſima noſtras. in Iſi fluvio prope fiſtuloſa. C. B. P. dedit nobis D. Doody.

4. Spongia marina fiſtuloſa, maxima muricata. an Spongia ramoſa Gelſeminum s. Jaſminum luteum odoratum Ray Hiſt. Gelſemin. s. Jaſmin

5. Syringa Volubilis Virginiana Myrti majoris folio, alato ſemine, florib. odoratis, luteis. Virginian. ſcandens & ſemper virens Park. Theatr. Pſeudo-Apocynum Myrti-folium Virginian. Baniſt. Cat. Stirp. Virg.

6. Tithymalus Curaſſavic. Salicis & Atriplicis. folijs varijs, caulib. viridantib. P. B. P. Tithymalus Indicus Salicis & Atriplicis folijs Breyn. Prodr. 2.



Tab. CXIII.

1. *Tithymal. erectis, Caroleſolijs aliquatenus accedens* [illegible]
2. *Tithym. Indic. annuus dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus* P. B. P.
3. *Thymelæa Africana Linariæ folio, florib. albis in extremo caulium odoratiſsimis.* [illegible]
4. *Trifolium stellatum glabrum Ger. emac. Trifol. capitulis Dipsaci quorundam* Ray. Synops.
5. *Trifol. supinum cum glomerulis ad caulium nodos orbiculatis florib. purpurantib.* Ray. [illegible]
   J B. t. 2. *meritò autem quæratur (inquit eruditiſs. noster Rajus) cur rectum dicat, cum in Descriptione caules supinum* [illegible]
6. *Trifolium cochleatum modiolis spinosis* Ray Synops. Stirp. Britan.
7. *Valerianella Curaſsavica semine aspero viscoso* P. B. P. *in Hort. Reg. Hamptoniens. legimus.*
8. *Trifolium siliquosum Loto affine Maderaspatan. siliquis longis, ex adverso binis propendentibus.*



Tab. CXIV.
1. Verbasci congener. è Maderaspatan, mucronatis foliis, aversâ parte lanuginosis, flore parvo purpureo.
2. Veronicæ adfinis Indica tenuifolia flosculis gemellis, barbatis, summo cauliculo circumbellatis. a. vb. capsulam seminalem per Microscopium bis am
exhibet. è Maderaspatan ad Ornatiſsimum virum D. Kileard allata est, qui nobis humaniſsimè communicavit.
3. Veronica saxatilis parva caulibus nudis Raij. Obs. pag. 442. munere D. Sherard accepimus.
4. Viburnum Americanum non spinosum Meliſsæ foliis floribus coccineis P. B. P. Cumara flore rubro Marcgr. p. 5. forte etiam Camara flore luteo ex ripa Fluvii S.ti
Francisci, ejusd. an Camara luba Pisonis. Tbaiquirh s. Matzium torridum, & calidum Hernand. 115. nostri enim flores primum lutei, deinde aurantii,
tandem miniati, & ultimo tanquam coccinei sunt coloris, & in Hort. Reg. Hamptoniens. cum floribus & fructu conspeximus.
5. Viburn. Americ. odoratum folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolis interceptis. P. B. P. 384.
6. Vicia Lathyroides s. Lathyrus Viciaoides, vexillo rubro, labiis ab. petalis rostrum ambientibus cæruleis Moris. Hist. 2. Lathyrus s. Cicercula Meſsanensis Raij. Hist.
7. Viola Virginiana tricolor, foliis multifidis, cauliculo aphyllo. Banist. Cat. Virgin. an Viola Alpina folio in plures partes diſsecta C. B. P. Viola montana laciniato
folio Clus. Hist. Viola montana folio multifido I. B. Hist.
8. Virga aurea flore albo spicato. Breyn. Prod. 2. Virga aurea Noveboracensis, floribus albis, folio Bellidis ramosa Canadensis Cornuti P. B. P.



Tab. CXV.
f. 1. Alni ſolia Americana serrata florib, pentapetalis albis in spicam dispositis.
2. Ejusdem Spica florum, cum in majorem perfectionem devenerit.
3. Apocynum Virginianum Asclepiadis ſolio, erectum, floribus pallidè cæruleis, radice craſsâ. fortè Moyotlicaycacatli Nov. Hispan. Ant. Recch. 388
4. Chrysanthemum ex Insulis Charibeis Leucoij incanis, & sericeis ſolijs argenteis craſsis.
5. Evonymus Virginianus, Pyracanthæ ſolijs, semper virens, capsulâ verrucarium instàr asperatâ rubente.
6. Fruticulus Americanus, cordatis ſolijs pentapetaloides, radice lignosâ.
7. Nymphææ congeneri Anapodophyllon dictæ accedens polyphylla. s. Dracontij similis herba Americana pusilla.



Tab. CXVI.

1. [illegible] magnum Hispanicum Park. [illegible] C. B. [illegible] Prodr. Hierac. Pyrenaicum [illegible] hirsutum, Sch. Bot. ubi pro nondum descripto ponitur.

2. [illegible] affinis hirsuta flore [illegible] C. B. [illegible] flore [illegible] Lotus affinis hirsuta [illegible] Hist. 2.

3. Methonica Malabarorum, [illegible] Zeyl. Cat. H. Ac. Lugd. Bat. [illegible] Hort. Malab. [illegible] vulgò.

4. Thymus capitatus [illegible] foliis minimis [illegible] Thymus capitulis minoribus [illegible] H. R. P. [illegible]

5. Thymum majus longifolium [illegible] pilosum. fortè Thymbra [illegible] hirsuta [illegible] idem quod apud Collectaneas Rariorum quas Cl. Tournef. [illegible] D. Sherard è Lusitaniâ [illegible] aliquando [illegible] proximis.

6. Virga aurea Americana Tarraconis [illegible] fortè [illegible] Mexicensib. s. herba [illegible] Hernand. an Olozochitl quod Hernand. Hist. Mexic. de hujus sit genere determinare non audeo.

7. Fungus Virginianus ex Stercore Equino capillaceus, canus, capitulo [illegible] Banister. Cat. Stirp. Virg. Mſs.



Tab. CXVII.
f. 1. *Ficoides s. Meſembrianthemum Africanum fruteſcens, floribus albis parvis umbellatis. an Meſembrianthemum Afric. fruteſcens minus triangularibus folijs viridib, cornuum taurinorum in modum reflexis, fructu turbinato, parvo, pentagono, ligneſcente* Breyn. Prodr. 2.
2. *Ros ſolis Luſitanicus maximus folijs Aſphodeli minoris D^ris. Tourneforti. Chamæleontoides Griſleij. in* Epist. Dedicat. ad Viridar. Luſit. munere D. Courtene accepimus.
3. *Serpentaria repens florib; Stamineis, ſpicatis, Bryoniæ nigræ folio, ampliore pingui, Virginienſis. huc etiam pertinet Mecaxochitl; Mexicenſib; Hernandi* 44. *fortè etiam Xaxahoactli Nov. Hiſp. Recch.* 438.
4. *Ejusd. ſpica floſculorum, cum ad juſtam explicationem aſsurgant.*
5. *Tulipifera Virginiana tripartito Aceris folio, mediâ laciniâ velut abſciſsâ* Ray. Hist. *Tulipifera arbor Virginiana* Cat. H. Ac. Lugd. *Populus, aut potius Alnus Tulipifera conis erectis.* Banist. Cat. Stirp. Virginichs.
6. *Viſcum arboreum flore albo ſpecioſo Americanum folijs formâ ſiliquarum Nerij. Nerij ſiliquæ effigie,* Kaye Bakal B. Hist. *Fructus Nerij ſiliquæ figurâ* C.B.P. *per errorem.*

ALTERA

APPENDIX.

ad Rariorum Plantarum Icones Quâ

Stirpes quasdam exoticas proponere nos placuit, quarum Exemplaria ex India Orientali humaniſsimus Vir, ac Chi=rurgus peritiſsimus D. Richard, Sambach *misit amico suo* D. Iacobo Pettever *Pharmacopœo, & apud Londinates Botanico meritiſsimo: à quo demum ad delineandas æreisq; typis exprymendas accepimus: Iſtis itaq; duobis cordatis viris grates agere de his debent qui studium Botanicum colunt*



Tab. C XVIII
f. 1. *Alsine, Spergulæ facie Maderaspatens. folijs latioribus semine minutiſsimo nigro. an Tzompili Huizpatli Nov. Hisp. Recchij.*
2. *Amaranthus spicâ longô candidiſsimâ, Spicæ folijs Maderaspatana.*
3. *Antirrhino affinis, pusilla planta, folijs scabris Maderaspatana.*
4. *Cardiaca s. Leonuros Hyſsopi hirsutis folijs Maderasp. floribus dilutè rubris, unico tantùm verticillo in ramulorum Cymis.*
5. *Chrysanthemum Maderaspatanum, Menthæ arvens. folio & facie florib; bigemellis, ad foliorum alas, pediculis curtis.*
6. *Tithymalus botryoides, cordatis folijs, Indiæ Orientalis.*



Tab. CXIX.
f. 1. Gramen geniculatum, ... foliumcrispum spicâ purpuro-sericeâ Maderaspatanum.
2. Gram. dactylon Maderaspatense, cum pluribus spicarum paribus ad summum caulis, veluti in verticillos positis. folia magnâ sui parte, culmum cau vaginâ complectuntur, reliquam, surriguntbreviorem, rigidam, marginibus crispatam.
3. Gram. Cyperoid. Maderaspatanum, Juncelli Gesneri capitulis sparsis.
4. Lysimachia affinis Saturejæ folio Maderaspatens. capsulis in summitate ferè umbellatis.
5. Melampyro cognata Maderaspatana spinis horrida, an Coletta-Veetla, Hort. Malab. P. 9. Eryngium Zeylanicum. febrifugum florib. luteis Herbar. Vivi. Herm. Cingalensibus Kathu Karohiti. fortè etiam huc pertinet Bahel-Schulli Hort. Malab. p. 2. Genistæ spinosæ speciem facit, Commel. in Notis.
6. Phaseolus arborescens indianus, monospermos, siliquis, lenti-formibus, Maderaspatanus.
7. Sinapistrum Indicum diphyllon, siliquis ad alas ex uno pediculo binis. Cupa-Veela fortè Hort. Malab. P. 9.



T. CXX.
1. *Mimoſa pumila Maderasp. pinnis tenuiſſimis, ad foliorum exortus innocuis spinulis obarmata.*
2. *Polygonum Solinoides Maderaspatens. Thymi capitati folijs incanum.*
3. *Portulacæ affinis Polygonoides, Bliti folio & facie Maderaspatensis.*
4. *Rhamnus cordatis folijs subtus cæſijs Maderaspatan.*
5. *Ricinus Althææ folio mollius incano Maderaspatens.*
6. *Ricinus urens Cannabinis folijs triphyllos ē Maderaspatan. an Urtica Indica pentaphyllæa Caſsi Mich. Nutij. Catal.*
7. *Trifolium Maderaspatan. cauliculis pilosis scandens, Paſsifloræ modo trilobatum. an Com. s. Coentic Mexicensib; Hernand. 252. Apios Americana triphyllos siliquis Orobi.*
8. *Viola surrecta Maderaspatensis Lini facie, rotundioribus imis folijs.*

LEONARDI PLUKENETII

PHYTOGRAPHIA;

Seu

Plantæ quamplurimæ novæ, & literis hucusq; Incognitæ, ex varijs, & remotiſsimis Provincijs, ipsisq; Indijs allatæ, Nomine & Iconibus,

TABULIS ÆNEIS,

magna cum Industria, et insigni sanè in Succeſsores beneficio, Illustratæ.

PARS TERTIA.

VICES DEDIT ÆMULA VIRTUS.



I Collins fec:

Nihil vacat, nihil inane. Terra germinat, quod tibi putas inutile, alijs, immò tibi ipsi frequènter, alio usu est utile. D Ambros.

LONDINI MDCXCII.

SUMPTIBUS AUTHORIS.

Invictiſſimo, Potentiſſimoq;

GULIELMO iij.°

DEI GRATIA

MAGNÆ BRITANNIÆ &C. &C. &C.

MONARCHÆ semper AUGUSTO.

Leonardus Plukenetius Perpetuos Triumphos, Immortalemq; Gloriam. P.

Tuis sub auſpicijs, Auguſtiſsime Rex *proſperrimum Rerum Statum, & aurea plane Sæcula nobis pollicemur; eoq; certiùs, quo* Te *veluti fulgentiſſimo naſcente Sole, Christiani Orbis cœlum, Sacrilegæ quidem impietatis, ac innumerarum calamitatum Stygiâ caligine obtectum, undequaq; clareſcere intuemur. Excuſſo etenim quo premi cœpimus Servitutis jugo, in aſſuetis cervicibus intolerando, avitam libertatem jam reddidiſti,* Teq; *brevi, tanquam invictum* Herculem *horrenda & infesta Fidei noſtræ Oppugnatorum Monſtra, debellaturum fore haud vanè speramus, Cum Proſperitas* Tua *divinâ annuente Providentiâ, indies magis, magisq; floreſcat: Strenuis enim laboribus* Te *consecuturum conſtat, ne qua vetuſtas obruere, aut Oblivio delere* Tui Nominis *amplitudinem poſſit: haud namq; censeri licet Gloriam illam unquam intermorituram, quæ non lubricæ Fortunæ partus, sed conſtantis* Virtutis *eſt filia, ut in* Te *verè proprieq; cadat illud*

— *famam extendere factis*
Hoc Virtutis opus. —

Imperium equidem fortunam expertum eſt, virtus suprà fortunam ponitur; imò fortuna tandem etiam virtutem adoravit, et dum virtuti quod debuit, reddidit, reddidit et Imperio. Vidit Europa, Majestatem Tuam, *maximis exercitibus, non per Legatos, sed* Ipsam *summâ cum prudentiâ Imperantem, & Gloriam sudoribus suis merentem, quam alieno labore, alij sibi parant Principes; Pericula quæ Cæteri, minoribus subeunda relinquunt Ducibus, Ipsemet* Strenuiſsime Rex, *subire non dubitaſti, nec sub alienâ latens forti=tudine, metum celâſti, ac ignaviam, sed contra,* Tuorum *(si quis in tanti Imperatoris militibus eſſe potuiſſet) timorem, invicto animi robore expuliſſes* Tuis *validiſſimis armis, Gentes bellicoſiſſimas, celerrimè magnis atq; cruentis cladibus affectas, & nunquam hostem, æquè ferro, ac prudentiâ non superatum, advertimus, quasi nulla Terrarum pars, Trophæis Anglorum vacare conspecta sit; Tanti refert, à subjectis populis, belli, gloriæq; ſtudio flagrantem Regem, præ oculis habitum perpetuò fuiſſe.* Tu *ſiquidem Parentum* Tuorum, *Avorum, Atavorum gloriam, quantumvis splendidam, ac Imperatoriâ Dignitate ornatam, longo superans intervallo, tot inter* Tuæ *Illuſtriſſimæ Familiæ sidera, clariſſimum veluti solis lumen, eminere diſpiceris, Heroum hæres præclariſſimus, imò Heros ipse omnium Maximus;* Tuæ *Hollandicæ, ut et Britannicæ noſtræ, totiusq; Europæ sublevandæ, novus Atlas, cœlitùs datus, & feliciter designatus.*

Par eſt O Rex, & silentij hic ubi rerum magnitudo dicendi parvitatem, infinitis partibus excedit, meminiſſe, & simùl in præſentia, solùm commemorare Clementiam, *Hæc enim Maximos quoq; etiam Principes, maximè decet, utpote quâ illi maximè ad Divinæ Naturæ similitudinem, ipso quoq; Romanæ eloquentiæ Principe judice, accedant. Hæc verò virtus eximia, à* Tuæ *Celsitudinis sole, lumen ducens, inter reliquas virtutes* Tuas, *splendidiſſimè lucet.*

— *Velut inter ignes*
Luna minores. —

Solem dico eum, quo præfulges, præcellentium omnium Virtutum concurſum, unde Tibi *longè meliùs, quam Catoni Romano, ea laus ad=juncta eſt, singulas singulorum hominum virtutes, in* Te *unum exornandum conspiraſſe. Innata* Tibi *eſt hæc regia Clementiæ virtus,* Teq; *cœlo aſſerens, ut alterum Titum, amorem, & delicias generis humani per orbem celebrat. hâc arte* Auguſtum *imitatus, non tantùm* Tuorum, *mutatâ licet feliciter ex usu Reipublicæ, Imperij formâ, sed et Vicinorum, cunctorumq; Exterorum benevolentiam, & ſtudium,* Tibi *conciliaſti, omniumq; linguas, & ſtilos, Terrâ Mariq; feciſti* Tibi *vectigales. Deniq;* in Te, Regum Optime, *Prudentiam, Fortitudinem, Clementiam, ac reliquas omnes dotes, quibus tum ad bellum fortiter gerendum, tum ad fructus Victoriæ uti decet colligendos, opus eſt. & nos miramur, & ultima mirabitur poſteritas: Hæc sunt enim verè, quæ Principem evehunt, quæ conspicuum, & clarum reddunt, quæ Regnis aptum & Imperijs. Quæ, quamvis magna, præclaraq; sint, non in his tamen sunt oĩa, cùm adhùc de* Te, *plura, atq; majora suppetant, quandoquidem* Tibi, *haud indecorum putâſti, ad immortalem bellicæ* Tuæ *virtutis gloriam, id quoq; laudis, quasi pro coronide pacatæ indolis accedere, nimirum inter armorum sonitus, tubarumq; clangores, æquè literas, ac arma tractantibus, multa, & non vulgaria Studia, quam libentiſſimè præſtitiſſe.*

[illegible] quam maximâ submiſſione. Te *supplex rogo, ut ad Regium Solium* Amplitudinis Tuæ, *me provolutum admittere, ne dedigneris, ut hoc, quidquid eſt Operis, quod à noſtrâ tenuitate, profectum eſt, serenâ fronte excipias, & clementer ign[illegible]. R[illegible] eſt quidem minim[illegible]*

& Majeſtati Tuæ, *forte indigna. Ast etiam olim rebus minimis, rus incolentes, Offensas Deorum placaſſe, notum satis. Argumentum tamen Operis,* Tibi *minime indecens, non quidem Reipublicæ, sed singulorum, qui partes ejus sunt, salutem spectans; de Herbarum, Stirpium, ac Plantarum cognitione agitur; Quarum adeo multiplex sit varietas, & ferè inexplicabilis, tot odores, sapores, colores, quibus sensibus nostris blandiantur; tot figurarum elegantiæ quibus intuentes oblectent, ut Natura ipsa nos invitare videatur, ad eas contemplendas; Quod, Opusculo hoc Botanico, locupletiſſimis Stirpium exoticarum Iconibus instructo, facillime faciamus. Præstantiſſimum, atq; adeo* Te *dignum est argumentum,* Rex Sapientiſſime: *Stirpium enim Contemplationi deditos, ob ingentem voluptatem, pariter & insignem quam secum trahit utilitatem, olim fuiſſe Reges, & Principes, hodieq; eſſe extrâ dubium est, ut veterum æque celebratum monumentis, ac quotidiana, nullâ succedentium sæculorum interruptione temerata, patet Historia. Illud autem primò me adduxit, ut Hujus tertiam, maximam, et extremam Phytographiæ Partem, de quâ, quod Sapiens olim in genere,* Rei finem meliorem eſſe Principio ejus *dicere ausim, omni cum debitâ submiſſione,* Splendidiſſimo Nomini Tuo *dedicarem, quòd in Ipsâ exhibetur Materia, cujus studio, complures olim Imperatores, ac Reges sunt magnoperè delectati. Legimus, Regem omnium quotquot fuêre Sapientiſſimum,* Salamonem, *de Stirpibus scripsiſſe; Testantur* Iubæ *Mauritaniæ,* Attali *Pergamenorum,* Mithridatis *Ponti,* Evacis *Arabiæ Regum, de eâdem Re Commentarij; ut mittam* Agamemnona, Maſiniſſam, Archelaum, Herculem, *aliosq; plurimos Viros, Majestate insignes; Rei herbariæ peritiſſimos. Ideoq; eò libentiùs id faciendum mihi proposui, quò certior sum,* Majeſtatem Tuam, *quoties à gravioribus Regnorum* Tuorum *Curis vacat, ex Plantarum lustratione, plurimum capere voluptatis: Hortorum amœnitates adeò* Serenitati Tuæ *eſſe solet in delicijs, ut ausim dicere, Artem Botanicam, suo quodam jure, singulariter ad* Sereniſſimum Regem *pertinere; Argumento sunt,* Tuæ *Aulæ sumptuosiſſimæ apud Hamptonienses Viridaria, verè Regia, ad prodigium usq; insignia, & voluptatis, amœnitatisq; gratiâ parata. in Quibus* Temet *si receperis, nec credideris, Illa, vel Indiâ felicitate superari; Ijs enim instruendis Stirpibus novis & exoticis, huc, non dico ex Galliâ, aut Hispaniâ, sed è Græciâ, Syriâ, Arabiâ, Persiâ, Ægypto, Barbariâ, imò Ultimis tam Orientis, quam Occidentis Populis, Indiâ, & Americâ, diversi generis Herbæ quotidiè advehuntur, magno quidem sumptu, at majore cum gloriâ, Aulæ, & Urbis* Tuæ, *imò Orbis Universi salute.*

Et hæc quidem, exemplo Romanorum Principum, haud minus sibi gratulantium, ob raras peregrinis ex oris advectas Plantas, quam ob catenatam diversorum Regum ante Currus Triumphales seriem, Antiquorum etiam Regum ac Magnatum Coronæ, ac Diademata, ex Arboribus fuêre contexta, quibus se magis quam auro, quam gemmis, vel aliâ quâcunq; re pretiosiori, honoratos existimarunt. Triumphantium quoq; decus, Victoriarum gestamen, & in Sacris, ac Publicis Certaminibus, præmium, uti his Victores insignirentur, quod non Græciæ tantum, sed et cujusq; alterius Regionis Illustres, ac Reges ipsi non detrectarunt; Gratum proindè atq; jucundum, Tibi *futurum spero hoc nostrum opusculum, quod totum Coronarium est, eo quòd Stirpes quamplurimas, novas, & indictas, eximiæ pulchritudinis, & elegantiæ, in Illo comprehensas, ex omni ferè Terrarum Sinu, decerpsiſſe curavimus, ubi* Tibi semper *concors Virtus,* Tuos *præcinit Triumphos, Coronam Triumphalem, ex Floribus undiq; rariſſimis, Imperatore Triumphanti haud indignam nectamus:*

Has ob causas Potentiſſime Rex, *Augusto Nomini* Tuo, *hæc depicta Botanices Pars offertur;* Quo *cum exordiens, per totum versabitur Orbem,* & Majeſtatem Tuam *inter Reges, et Principes cuicunq; Reipublicæ Mecœnates, numerari valebit:* Deus Opt. Max. Auguſtiſſime Rex. Majeſtatem Tuam, *cum exoptatiſſima* Tuâ *conjuge* Mariâ 2.[a] Sereniſſimâ *nostrâ* Reginâ, *bonis artibus, præcipuè Botanicis, Nobis, Patriæ, totiq; Orbi Christiano, diu servet incolumem, præclaraq; opera fœlicibus jam incaptâ auspicijs, benè fortunet,* Tuiq; Nominis *memoriam, gestarum, gerendarumq; rerum magnitudine, Sacram eſſe dignetur* ÆTERNITATI, *id aveo, id comprecor.*

Sacratiſſimæ R.M.V. *humillimus, et*
Obsequentiſſimus subditus, & Servus.

Leonardus Plukenetius.


AD. STUDIOSOS. BOTANICOS.

Haud *equidem paucas hâc vice* Vobis *exhibemus* Tabellas *(benigni lectores) quæ* γνῶσιν βοτανικὴν *Titulis* & Iconibus. *novâ supellectile, plenioribusq; Thesauris ditârunt. Hoc enim Studium, ut ab ineunte juventâ mihi cordi fuit, itâ ad hunc usq; diem, proût Thema perjucundum nobis insenescit. quod quidem* τῆς ὑγείας ἕνεκα *planè divinum est: Itâ enim Veteres tam Hebræi, quàm Ethnici existimârunt; Isti, qui ut* Deum tèr Opt. Max. πάντων ἐάων δωτῆρα *meritò Statuunt, itâ etiam eidem Salutarem hancce Scientiam acceptam ferunt; Hi, qui Stirpium herbarumq; cognitionem ad ipsos* Deos *retulêrunt, vel istarum Inventores, divinis honoribus dignos censuerunt, imò ipsis herbis quarum Deos Inventores opinati sunt, mutuata ab ipsis nomina indiderunt. Elucet enim in his omnibus Creatoris Majestas, Non Thus neq; aliam victimam Antiqui, sed folia velùt primam pubescentis Naturæ lanuginem, manibus decerptam Dijs adurebant, quo signo, Deum Creatorem testabantur, à quo Herbæ, & quæcunq; in Terrâ ortæ sunt. Nec Stirpis ullius cognitionem, aùt nomen contemnendum puto, dùm in his tam parvis, quanta vis? quàm inextricabilis perfectio? mirabilis enim in minimis est Natura, & dives Hanc itaq; nostram Phytographiæ tertiam Partem Octingentas circitèr reales, hùc usq; incognitas, & non omninò (aùt alibi satis infeliciter) depictas, vel annotatas Plantas continentem, ab amicis nostris* Botano=philis *totiès expetitam, excipite, suscipite inquàm benigno & Sereno vultu, quoniam & varietate, & Novitate* Vos *delectare mihi in animo fuit. Servantur autem nobiscum adhùc plura, quæ si hæc placebunt,* Vobis *communicare etiam brevi censemus. Nec id ægrè ferendum spero, quòd in Novis, & inauditis Plantis, voces aliquandò inusitatas Usurpare cogimur: quòd eò lubentiùs à me factum intelligatis, quoniam admonente* Tullio, *Aut Rerum novarum, nova facienda, aut ex alijs transferenda Nomina; Inquirendum potiùs nàm legitima videatur Vocum sumptio; Notæ autem ipsæ, seu singulares animadversiones in Plantas, earum Tesseræ, et Symbola genuina eis à Naturâ data, Conjugij ipsius Nominis, & Plantæ præcipua erunt Instrumenta, eòq; potiora quò magis peculiaribus, & magis evidentibus signis, Collecta sunt. Neq; enim præcipui Naturæ Characteres obliterari facilè æquè possunt, ac nostri, & juxtà arbitrium vulgares inditorum Nominum, qui facillimè ponuntur, reponuntur, innovantur, alteruntur, dùm isti, Rebus ipsis inhærentes, eternùm duraturi manent. Harum igitur nostræ Appellationes si quibusdam minùs arrideant, permittant quæso tales à* Pluquenetio *Usurpare tantispèr, donec magis apta Nomina invenerint. Omnes deniq; hujus* Facultatis *cultores, & asseclas officiosissimè rogamus, ut ubi in his planè Novis, & Incognitis, quarum partes magis essentiales, hucùsq; nos latent, Nomina adscribendis, & ad proprias Classes relegandis; Nos lapsos animadverterint, amicè & candidè moneant. moniti, Ipsis gratias agemus, errores nostros libentissimè agnoscemus, & emendabimus; imò si quid erroris non moniti, in dictis nostris animadverterimus, ultrò fatebimur; imitaturi* Divinum nostrum Senem. *qui (ut Celsi verbis utar) à Suturis se deceptum esse memoriæ prodidit, more scilicèt Magnorum Virorum, & fiduciam Magnarum Rerum habentium, nàm levia ingenia, quià nihil habent, nihil sibi detrahunt, Magno Ingenio, multaq; nihilo minùs habituro, Convenit etiam Simplex veri erroris Confessio, præcipuèq; in eo ministerio, quod Utilitatis causâ Posteris traditur; ne qui decipiantur eâdem ratione, quâ quis antè deceptus est.*

Valete

Atq; hilari vultu frondenti tempora ramo
Cingite

ex Ædib. nostr. ad Palatium antiquum apud Westmonast.
Anno à nato Mundi Salvatore
MDCXCII.



TAB. CXXI. *fig. 1. Abies minor pectinatis foliis* Virginana, *conis parvis, subrotundis. an Avevett & Ahoehoetl. s. Tympanum aqueum, Abies Mexicana minor* Hernand. *Hist. pag. 92.*

2. *Abrotanum elatius subincanum, foliis creberrimis secundum caulem in metæ formam fastigiatis. an Abrotan. mas. trifido Viridi folio,* Lusitanicum. Parad. Batav. Prodr. 303.

3. *Acacia* Maderaspatana *Spinosa ramosior, cortice cinereo, ramulis plerumque ex uno pediculo binis, aculeis brevioribus craſſis.*

4. *Acacia* Maderaspatana *foliolis parvis, aculeis e regione binis prægrandibus horrida, cortice cinereo.*

5. *Acacia* Maderaspatana *minutiſſimis foliis, aculeis ferocibus alternis frondosa, cortice itidem, cinereo.*

6. *Acacia tenuifolia* Maderaspatã. *spinis brevibus, recurvis, albicantibus Cortice fusco. Hujus pinnulæ nimis latæ, & obtusæ pinguntur, cætera Studioſiſſime Cælata. eleganter ejus ramulum in medio Tab. illæ seorsim pictum vides. an Mimosa arborea Javanens. spinos. tenuiſſ. pinnis. &c. Breyn. Pr. 2.*



TAB. CXXII f. 1. *Acacia Americana grandibus aculeis ad ramulorum exortum cornua bovina referentibus, ſiliquâ roſtratâ.*
Acacia Americana cornigera, ſiliquis in ſpinam abeuntibus. **Parad. Bat. Prodr.** 303. *Hoitmomaxalli. S. Arbor Cornigera* **Hernand.** *p. 86. Quer... Luſitanis. in Horto Regio Hamptonienſi collegimus.*

2. *Acacia* **Maderaſpatana** *ſpinoſa pinnis veluti tumulatis acutioribus Myrti æmulis, nervo pinnularum ad unum latus vergente, ſiliquâ latâ. an Intsia Malabarorum H. Mal. Part. 6. Pag. 7?*

3. *Acacia* **Zeylanica** *minùs ſpinoſa, pinnularum coſtis, & caule, ruſeſcente hirſutie, Villoſa, in Hort. Regio noſtra Hampton. anno retroacto, hujus ramulum collegimus.*

4. *Acacia forte cognatus e Maderaſpatan Frutex Vitis Idææ Bengalenſis, folijs, & ramulis alternis ad foliorum ... Spinis, exiguis aſperatus. Hanc, & antepenultimam, cum elegantiſſimis Acaciarum ſpeciebus, præce... Tabula enumeratis, necnon quamplurimis alys Stirpibus novis, & exoticis quas nitide exſicc... & inter chartas repoſitas, a Fratre ſuo ...ariſſimo ex* **Orientali** *India ſibi advectas hab... Ornatiſſimus & perhumanus Vir D. Carolus du* **Bois Londinenſis** *Mercator celeberrimus ... Cultor eximius, nobis ad exſculpendum benigne conceſſit.*



Tab.CXXIII.

fig.1 *Acacia Africana, spinis candicantibus horrida, subrotundis folijs, odoratiſſima.*

2. *Acacia Africana, Abruæ folijs, aculeata, spinis longiſſimis horrida. fortè Acacia Americana spinoſiſſ. floribus luteis, globosis, fructu tenui, toroso, dulci,* Breyn. Prodr. 2.

3. *Acacia Javanica non spinosa, folijs maximis, splendentibus.* H. Beaum. *Cadarvang - Indigenis dicta.*

4. *Acer maximum folijs trifidis, & quinquifidis, Virginianum. Negundo perperam dicta arbor. Virginiana* Hort. Beaum. P...

5. *Ejusd. Arboris folium quinquifidum, cum seminibus alatis maturitatem adeptis.*

6. *Adianthum Africanum, Rutæ murariæ æmulum, segmentis longioribus acutis, ab amiciſſimo Viro D. Patricio Adair. nobis comm...*

TAB. CXXIV



Fig. 1. *Adianthum fruticos.* Bermudenſe, *ſummis ramulis erectis, et in metæ formam faſtigiatis. a Peritiſsimo Botanico,* D. Iacobo Petever *habuimus.*

2. *Adianthum fruticos.* American, *ſummis ramulis reflexis et in Orbem expanſis. Adianth.* Amer. Cornuti *de* Pl: Canad. *Adianth. fruticos.* Braſilian. C B Prodr. 150. *varijs in Hortis circà* Londinum.

3. *Adianth. Calomelanos* American. *S. Ad. nigr. fol. prona parte candidiſsimis. an Adianth. nigr.* Americ. *pulvere candidiſs. aſperſum* Breyn. Cent. *fortè! Conambai-Miri S. Ad.* Braſiliani *Species* 2ª Piſon. *p.* 234. *ex Inſulis* Iamaicenſ. *et* Barbadenſ. *nobis advecta.*

4. *Ad.* Narbonenſe *folijs longioribus, et acutioribus, pulverulentis, pediculo nigro.* Sch. Bot. Pariſ. *munere* D. Sherard *accepimus.*

5. *Ad. maritim. Segmentis anguſtioribus* Charibæarum. *hujus exemplar, nobis Vir humaniſsimus* D. Georgius London *primò conceſsit.*

TAB. CXXV



1. *Adianth. S. Trichomanes* Bermudenſe *maxim. ſerratis folijs auriculatum. ex dono* D. Petever *accepimus*.
2. *Ad.* Barbadenſe *auriculatum, ramoſum, ſegmentis craſsioribus, minutiſsimè denticulatum.*
3. *Alcea pentacoccos, Ranunculi auricomi folio, et facie* Maderas patenſis. *hujus ramulo superiùs laudatus Vir,* D. du Bois, *munere nos ditavit.*
4. *Alsine Veronicæ affinis, Triſsaginis folio, et facie,* Maderas patana.
5. *Alsine Indica polyanthos tenuifolia è* Maderas patan. *hanc, ut et proximè præcedentem, à spectatiſsimo viro et celeberrimo Botanico,* D. Carolo du Bois *accepi*.



b. CXXVI.
1. *Alaternus* Hysicanensis: s. *Africana, Lauri serratæ odoratæ Stapelianæ folijs* Cat. Hort. Beaumontian. *pag.* 3.
2. *Alatern; Arbuti folijs lucidis,* Promontorÿ Bonæ *Spei*.
3. *Alatern; sempervirens Africana, folijs lucidis spinosa. è dicterijs* Cl. D. Herman.
Alcea fruticosa Pentaphylloides æmula, floribus amœniſsimè rubellis, calyce producto, è Maderaspatàn.
Alceæ affinis Indica Abutilon dicta, flore flavo, folijs mollibus profundè venosis, siliculis lanuginosis. an Althæa Abutilon dicta Indica, flore luteo minori, Hort. Lugd. *Ano da* Zeylanensium.



Tab. CXXVII.

Fig. 1. Alcea moschata villoſiſsima folijs in profundiores lacinias inciſis, ab honesto viro Iacobo Reede. ex Inſula Barbados allata est.


2. Alcea Maderaspatana, hastatis, folijs glabris, pericarpio tantum villosa. e Collectaneis du Boisianis habuimus.

3. Alcea cibaria. s. Corchorus Americana Carpini folijs, sex tuplici capsulâ longiore ornatâ. an Corchorus Americanus minor, Carpini folio, siliquâ anguſtiſs. ex lateribus ramulorum proveniente. Breyn. Prodr. 2. 36.

4. Alcea oli[illegible]ia. s. Corchorus Americana, angusto, barbato folio, capsulâ strictiori.



Tab. cxxviii.
fig. 1. *Alni facie Americana folijs non ſerratis. fortè Alni folio & facie Curaſſavica* P. B. P. 305.
2. *Alno affinis Americ. Liguſtri folio, fructu ſpicato, rubro.* Breyn. Prodr. 2. *Manghala arbor Curaſſavica folijs Salignis* P. B. P. *Frutex innominatus instàr Salicis pumilæ folijs Salignis* Marcgr. p. 70. *Utramq; primùm in Comptoniano; deindè in Horto Regio Hamptoniens. obſervavimus.*
3. *Alsine* Maderaspatana *Gallij folijs, floſculis communi pediculo ternis. ab Alsine procumbente Gallij facie* Africana Cl. Hermanni. *plurimùm differt.*
4. *Alsine Caryophylloides* Africana, *radice magnâ Astragalite. ex* Codice Comptoniano.



Tab. CXXIX

fig. 1 Aloe Africana *vulgari ſimilis floribus rubris, & paucioribus, è dicterijs* Cl. D. Herman.

2 Aloe Africana *folijs erectis, ſuperficie ſpinoſis*.

3 Aloe caulescens folijs reflexis, margine ſpinoſis Africana.

4. Aloe ſpinoſa, arboreſcens, ramoſa, Promontorij Bonæ Spei. *Harum omnium picturas, curioſiſsimè delineatas, & ipſo* Promontorio *vivis coloribus illuſtratas, Nobiliſsimi atq; Reverendiſs. [illegible]ámodùm* Henrici Episcopi Londinensis *gratiâ, ad exsculpendū impetr[illegible].*



Tab. CXXX.
fig. 1. Alsine Indica Glaucis maritimæ folio, floſculis ex alis longo pedunculo innixis. ab Alsines fluviatilis Tabernæmontani *folijs, haud multùm abludit.*
2. *Alsine veronicæ affinis, Gratiolæ folijs* Maderaspatana.
3. *Alsineholostea glabra, s. Gramen Leucanthemum Ind. Orient. Anagallidis aquatic. quartæ* Lob. *folijs anguſtioribus.*
4. *Alsineholostea glabra, sivè Gram. Leucanth. Indicæ Orientalis folio brevi.*
5. *Alsine Indica quadrifolia & quinquefolia floſculis longiori pediculo insidentibus.*
6. *Alsine holostea villosa folijs caulem ambientibus multiflora è* Maderaspatan. *Omnes has novas Alsinarum species à nunquam satis laudato viro* D. Carolo du Bois *sæpius in his nostris Exoticorum tabellis nominando accipiebam.*
Huic ulterius Schangam pullu H.M. *P. 10. propiùs accedere videtur.*

TAB. CXXXI.



Tab. CXXXI.

fig. 1. *Althæa arboreſcens Americana ampliſſimis Verbaſci folijs craſſis & incanis, an Althæa Americana fl. luteo spicato lanuginoſa major ex Inſulâ Curacao* Breyn Prodr. 2.

2. *Althæa* Maderaſpatana *ſubrotundo folio molli, & hirſuto, multipilis ſivē ſeminibus ad apicem crinitis nobis communiavit Spectatiſſ. Vir D. Carolus du Bois.*

3. *Althæa Braſiliana fruteſcens incarnato flore Fagopyri ſemine* P B P. *Alth. Braſilian* Piſonis.

4. *Althæa Americana incana fruteſcens flore coccineo* Paradis Batav. Prodr. *in Horto Aulæ Regis noſtri loci celeberrimi Hamptonienſi, cum proxime præcedenti ſæpius Obſervavimus.*



Tab. CXXXIII.

Fig. 1. *Amaranthioides humile* Maderasp. *capitulis candicantibus, folio molli.*

2. *Amaranthioid. Indicum, globosum, ad caulium nodos floridum, folijs Solitarijs, summo apice barbatis.*

3. *Amaranthioid. Indicum, verticillatum, Parietariæ hirsutis folijs, spinosum.*

4. *Anchusa angustifolia verticillis longis, aculeis armata, è* Maderaspatàn. *Hæ quatuor postremæ, ex Plantis siccis liberalitate humaniſs. Viri D. Caroli du Bois, nobis Communicatæ.*

5. *Anagyris Africana, angustis siliquis, flore cæruleo.*

6. *Anagyris flore luteo, angustis siliquis, Africana; è Curioſiſsimo Codice Comptoniano Reverendiſs. Dom. Henrici Londinenſis Episcopi favore, in nostras Tabellas transtulimus.*



Tab. CXXXIV. Fig: 3.

fig. 1 *Angelica montana max. floſculis candicantib; ad caulium nodos umbellifera, fortè Archangelica* I B. Dod. Clus. *an Liguſticum quorundam folijs Angelicæ ejusd* I B. Schol. Botan. *Angelica Alpina ad ſingulos nodos florida* Flor. Batav. *huc etiam referendam puto Angelicam Sileſiacam max. s. Archangelicam* Shwenckfeldy. Cat. Pl. Siles.

2. *Anona Indica latifol. fructu ſquamato aſpero ſeminibus ex flavo nigricantibus turgida, Araticu = ape Braſilienſium* Piſonis. *Anona American. sylveſtr. folijs & fructu maximis* P B P. *fortè etiam Fructus* 1. Garth. s. *Aratacou* Clus. exot. Soortsack. Belgarum. *Noſtratibus colonis* Sowersop *nuncupata fortè Guana=bana* Nierembergÿ. p. 331.

3. *Anona Indica fructu ex viridi & luteo cortice ſquamato aſpero nucleis nigricantibus parvis. Pyro ſimilis fructus alter in novâ Hiſpaniâ* C B P. *Guanabanus* Oviedi. *fructu ſquamato* I B. *Anona Curaſſavica fructu dulci* P B P. Honig. appel. Belgarum. *Sappa quibusd.* Sugar apple & Sweetsop *Noſtratibus bulgò*.

4. *Anona Indic. anguſtif. fructu cærul. cortice ſquamato glabro. Anona maram* Hort. Malab. *Ahate de Panucho vel Ate Pannicenſis* Terentÿ Not. in Rec. [illegible] Hiſpanis *Mangier blanco Custard-apple Noſtratib; dicta* Sup[illegible] *purpur. Sinarum* Mich. Boym Flor. Sinens.



Tab. CXXXV.


fig. 1. *Anon. Americ. juxta Fluviorum ripas innaſcens pyriformi fructu Sardinas muriâ conditas olente, ſemine ampliori pallido: fortè Anona Americ. folio ſplendente ex Verâ Cruce* PBP. *Noſtratib; Anchovie* & *River Pear vocata; fortè Araticu pana Piſon. item Pyro ſimilis fructus in Novâ Hiſpan. nucleo magno* CBP.

2. *Anona Indica fructu conoide viridisquamis veluti aculeato. Atamaram* Hort. Malab. *Araticu ponhe* Marcgr. & Piſon. *fortè etiam Yata Sinenſib;* Boymy Fl. Sin. *Noſtratib; Colonis the Prickley apple vulgò nuncupatur.*

3. *Anona (fortè) Ind. Orient. fol. obl. ex adverſo binis plurimis conſpicuis venis in parallelos ſecundùm latitudinem venuſtè diſcurrentibus. ejusd Arboris folium (ut nobis exiſtimamus) ex America delatum adpingi nos curavimus: fortè Mangaiba Braſilienſium* Piſon. & *ſatis propriè nominari poſsit, Anona utriusq; Indiæ lævis, fructu Ovali aureo, parte Soli obverſâ rubris punctis inſignito.*

4. *Anonis non ſpinoſa Cretica flore purpureo Hort. Patav.*

5. *Anonis lutea mitis ox ytriphylla, ad florum pediculos capreolata, foliis læviſsimè ſerratis ex Horto Patavino.*



Tab. CXXXVI.

Fig. 1. Antholithos Convolvulaceus American, Barbadenſibus Colonis Wilde Slip-bloſsome nuncupatur. fortè Convolvuli Species Americana florib; è Calyce cito deciduis.

2. Anonymos Linariæ folio Orientalis, Gallij luteiflore, Herba capſularis verticillata. à D. du Bois habui.

3. Anonymos baccifera verticillata folio molli & incano ex Americâ. hujus baccæ ſunt latè rubentes & quaſi murice tinctæ.

4. Anonymos Americ. folijs Parietariæ ſcabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conſpicuis. Fænugræci flore Parietariæ folio Planta Americana P. B. P. àn Kali genus Americanum.




Tab. CXXXVII.
fig. 1. *Antirrhinum Saxatile ſol. Serpylli* C B P. *quod in* Prodromo *deſcribitur*.
2. *Apocynum ſcandens Scammoneæ Monſpeliacæ ſolÿs Curaſſavicum ex* Hort. Reg. Hamploniens.
3. *Apocyn. incanum Scandens* Maderaſpatanum *Violæ martiæ ſolÿs, floribus purpureis*.
4. *Apocyn. ſcandens Americ. Convolvuli minoris folio caule hirsuto. Apocyn. Americ. Nummulariæ ſolÿs quibusdam*.
5. *Apoc. Portoricenſe fruticeſc. ſol. craſsis. hastæ cuſpidi ſimilibus* Hort. Beaumont. *Tithymalus Portoricens. ſol. craſs. hastæ cuſpidi ſimili* P B P. *in* H R H. *collegimus*.
6. *Apoc. tuberos. anguſtif. erectum flore ex luteo virescente folliculis pubescentibus Africanum* ē Cod. Comptoniano.
7. *Apioscorodon s. Arbor Americana triphylla Alliÿ odore poma ferens. Arbor Americ. trifoliata pomifera seminibus reniformibus* Hort. Beaumont.
Therebinthus Dercœrucis latiſsimo folio, Arach vulgò PBP. *Arach Synmaron (i.e) Aurantium ſylveſtre Indigenis audit. an Nyro ala* H H. *part. 3. & Tapia* Macegr.


TAB.CXXXVIII.



Tab. CXXXVIII.
fig. 1. *Aphyllon aquatic. Virginienſe petræum* D. Baniſter.
2. *Apocyn. rectum elatius, Salicis anguſto fol. immaculatis floſculis in umbellam, folliculis piloſis. an Apoc. Hyſicanenſe erect. Salicis folÿs anguſtiorib;* Hort. Beaumont.
3. *Apocyn. erect. Salicis latiori folio Umbellatum, florib; aurantÿs. an Apoc. Hyſicanens. erect. Salicis folÿs latiorib;* Hort. Beaum. *Apoc. Curaſſavic. fibroſâ radice florib; Aurantÿs, Chamæneriÿ folÿs latiorib;* P.B.P. *Hujus, ut et præcedentis ramulū floribus ornatum* Cl. Vir. et olim *Condiſcipulus noſter* D. Uvedal. LL.D. *ex ejus Horto oīum ſtirpium exoticarum varietate, & copiâ inſtructiſſimo collectum, nobis amiciſſime communicavit.*
4. *Apocyni ſcandens radice tuberoſâ Promontoriÿ Bon. Spei. è Cod. Comptoniano.*



Tab. Cxxxix.
fig.1. Apocyn. Afric. tuberoſum latiore folio erectum folliculis hirſutis flore pallidè punicante. è Codice Comptonian:
2. Apocyn. Curaſsavic. triphyllum ſloſculis albis PBP. in Hort. Reg. Hampton.
3. Arbor Virginiana Piſaminis folio baccata Benzoinum redolens. fortè Balſamum ex Peru IB. tom. 1. an Benjoinum cujus Arbor folio Citri ejusd. IB Benzoinifera, aut Arbor Benevifera Garciæ. Horti Comptoniani est singulare Ornamentum.
4. Ejusd. ramulus sub Verni temporis exortum ſloſculis hexapetalis muscoſis ex luteo viresċentib; plurimis ſimul ad foliorum ortū onustus; quos succedu. baccæ mo nopyrenes
5. Arbuscula Indica ſiliquoſa Coryli folijs parvis, ſerratis, ſummâ parte ſinuatis. an Uxana P. Amman. Charact. Pl. Karin Tagera HM. part. 6.
6. Arbor Americ. baccifera Myrtifolia viminalibus virgis, s. Flagellifera major. Barbadensibus Rodwood dicta.
7. Eadem longius mucronatis, s. cuspidatis & punctatis folijs, s. Flagellifera minor.



Tab. CXL.

fig. 1 Arbor Bisnagarica Myrti amplioribus fol. per ſiccitatem nigris Cubebæ ſapore. an Myrtedanum Hippocratis; fortè Comacum Antiquorum. Cumuc Iavanenſibus modernis, quo nomine & Cubebæ ab ijs inſigniuntur.

2. Arbor Orientalis baccifera Laurifolijs craſſis & venoſis, p ſiccitatem atro nitentibus quaſi Vernice tinctis polypyrene. an Perin Paniel Hort. Malab. P. 5

3. Arbor Americ. pinnatis Fraxini folijs fructu reniformi Phaſeolum exprimente Spaniſh Aſhe (i e) Ornus Hiſpanica Barbadenſibus noſtratibus dicta; eſt Balſamifera fortè, an Hoitziloxitl Mexicenſibus Hernand. p. 51.

4. Arbor Americana baccata, cujus baccæ Crapulariæ (i e) Tipple Berrys Barbadenſib; audiunt; eò (fortè) quòd in potu aliquandiu infuſæ crapulam inducunt.

TAB. CXLI.



Tab. CXLI.

fig. 1. Arbuscula viscosa Elæagnifoliis latè virentibus Americana tricoccos; aliàs Ricini fructu Arbuscula Bermudens. foliis longioribus viscosis Nostratibus Colonis Broom nuncupata; an Saponaria tricocca minor Americana.

2. Arbor siliquifera Faginis fol. Americ. fl. comosis. an Arbor Sinus S.ti Augustini Fagi species quæ fructum Fabis similem fert. Ionst. Dendrolog. p. 209 fortè etiam Frutex innominatus ligno saligno, foliis ad Myrti folia accedentib.; sed longè majoribus Marcgr. p. 82. Spanish Oake (i.e.) Quercus Hispanica Barbadensibus dicta.

3. Arbor Americ. Lentiscifoliis fervida. an Holoquo-huitl, s. Arbor Chilli Mexicensium, Hernand. p. 50 Fustick wood Nevisensibus perperàm dicta.

4. Arbuscula Arbuti alatis foliis Africana, fortè Iambolciris Park. p. 1636. hujus exemplar apud Promontorium Bon. Sp. collectum singulari amicitiâ nobis communicavit Ornatiss. nec non Clariss. Vir D. Patricius Adair. Medicinæ & Chirurgiæ facultatibus exercitatissimus. an Carandas Garciæ CBP. 460. Auzuba Oviedi. &c.



Tab. CXLII.

fig. 1 Arbor Conchifolia Ind. Orient. comantib; floribus, et ferè Corymbosis. an Arbor Laurifolia Chinensis Martiny.
2 Arbor Indica Mali aurantiæ folijs obtusioribus è Maderaspatan. an Akarà Patsjolli Hort. Malab. P. 5.
3. Arbor Americ. Oleomelliflua cuspidatis folijs crenatis, & dilutè virentib; polypyrene. Wilde Honey-Tree (ie) Agriomelidendros Barbadensib; dicta; eò (fortè) quòd in hujus Arboris ramos, sylvestres Apes pro mellificijs suis, favos construunt. an Miatzontecamimiaoatl Nov. Hisp Recch. p 333.
4. Arbor American. Mancinello dicta, fructu Pomi venenato, nucleis septenis & pluribus in Oſsiculo muricato, totidem loculis dispertito inclusis. Mantionel Ligonis nostri in Hist. Barbad. p. 68. an Arbor venenata fructum ferens pilæ magnitudine visu speciosum sed venenatum Thevet. Hist. Lugd. 1834. fortè. Juglandis ferè facie, Fructus exoticus sulcatus tuberosus IB. T. 1. l. 3. p. 399. fortè etiam Fructus peregrin; orbicularis novem nervis distinctus minor cum Oſsiculo anguloso ejusd IB. Fructus Orbicularis minor novem venis, ut et semen distinctus CBP. Fructus Orbicularis peregrinus 2.us nervis distinctus Clus exot. lib. 2. cap. 10.



Tab. CXLIII.
fig. 1 Arbuscula Maderaspatens. Ligustri facie Visci arborei colore & consistentiâ; an Coddam-pulli Hort. Malab. *P.1.*

2. Arbor Bisnagarica Tiliæ folijs Canschi Malabaricæ aliquatenus accedens.

3. Arbuscula Vetadagū Malabaricæ similis ē Maderaspatan.

4. Arbor Maderasp. Galactoxyli Americani foliorum æmula. fortē Tsjola Malabarensium Hort. Malab. *P.3.*

5. Arbor Iavanica Persicæ folijs Herm. Cat. Mſs. ē Maderaspatan. fortē Curutu-pala Hort. Malab. P.1. an Arbor Indica Mali Persici folio Hort. Beaumont. p.10.



Tab. CXLIV.

fig 1 *Arbor Sirinamenſis Lauri denſiorib; fol. quinis ab uno exortu prodeuntib; hujus ramulum humaniſſim; vir D. Geo. London nobis amicè communicavit, qui à Reverendiſſ. viro D.^no^ de Marees Hagæ Comitis in Hollandia, rerum Botanicarum æſtimatore inſigni, cum alijs quamplurimis reſiccatis plantis Sirinamenſibus adhuc incognitis accipiebat.*

2. *Arbor Ingæ Braſiliana folijs Africana tricoccos; fructu Mehenbethene Cortusi Clusio accedente ex Codice Comptoniano.*

3. *Arbor venenata Lyſimachiæ luteæ in modum trifoliata, an Tangaraca 1.^a Piſon. pag. 301.*

4. *Arbuſcula Barbadenſis Ciſti folijs, ferrugineis, hirſutis, circà caulem ad intervalla confertis.*

TAB. CXLV.



Tab. CXLV.

fig. 1 *Arbor Americana alatis folijs succo lacteo venenata (fortè) Ahoay-miri* Piſon p. 308.

2. *Arbor lactescens aculeata folijs Quernis Americana. Bdellifera (fortè) s. Arbor Bdellium ferens in Americâ. Arbuscula Portoricensis lactescens folijs Quercinis, spinis geminis ad singulorum foliorum ortum exasperata* Hort. Beaumont. *Quercinis folijs Arbuscula spinosa lactescens Portoricensis* PBP.

3. *Arbor aculeata Barbados Insulæ ramulis incurvis, scenam topiariam efformans Lachrymifera. fortè Arbor Stactoflua, s. Myrrhæ liquidam fundens Americana. Nostratibus Colonis Weeping Bower nuncupata.*

4. *Arbuscula Barbadensis amplexi caulis triphylla,* Mail-elou *Malabarica folijs tenerioribus et petiolis alatis.*



Tab. CXLVI.

fig.1 Arbor Americana convolvulacea Broad-leaſe(ie) Platyphyllos Barbadenſib. dicta; folijs ſerratis.

2. Arbuſculum Americanum amplexicaule Ceraſi folio corymboſum.

3. Arbuſcula volubilis Americana ſubrotundis Caſsiæ fiſtulæ folijs latè virentibus. Barbados Inſulâ in ſepibus frequens. an Colubrinum lignum 3^m. Garciæ folijs Lentiſci IB. an Lauri facie Curaſsavica volubilis fructu Mori radice croceâ &c. Hort. Beaum. Rubi vel Mori fructu Americana Arbor folijs Laurinis Morillie vulgò PBP. hujus ramulum ex Inſulâ Barbadenſi modò cum alijs compluribus exſiccatis Plantis ab honesto viro Iacobo Reede in Angliam primò allatum Obſervavimus.



Tab. CXLVII.

